

ois senatus crescentibus cæsaris uiribus trepidi: taq̄ italia pulsi: in græciam transfucti durachiū gerendi belli sedem delegerunt. Cæsar romam uenit: negatāq; sibi ex arario pecuniam fractis foribus iuasit: ptulitq; ex eo auri pōdera. iiii. M. c xxxv. argenti pōdera p. pe. dcccc. M. Inde digressus ariminū ad legiones mox alpes trāsuctus massiliā uenit: ad quā oppugnandā q; receptus nō esset: Treboniū cū tribus legionibus relinquens ad hispanias contendit: quas lucius afranius & marcus petreius & marcus uarro pompeiani duces cum legionibus obtinebāt. Ibi multis præliis petreium afraniūq; superatos composita pactione dimisit. In ulteriore uero hispania duas legiones a marco Varrone suscepit: similiter & duces eius. Post hæc curio catonem Sicilia expulit. Valerius cottam sardinia. Tuberonem africa uarrus eiecit. Cæsar massiliam rediens obsidione domitam uita tantum & libertate cōcessa cæteris rebus abrafit. At uero dolobella ex parte cæsaris in illyrico poctaiiū & libonē uictus: copiisq; exutus ad antonium fugit. Basilus & salustius parantes singulas legiones: quibus præerat similiter & antonius. Hortensius quoq; ab infimo mari cum classe concurrentis: omnes pariter aduersus octaiiū & libonē pfecti & uicti sūt. Antonius cū se octauiō cū. xv. cohortibus dedisset: oēs ad pōpeiū a libone deducti sūt. Curio ex sicilia in africā cū exercitu transgressus ē. Quem iuba rex cōtinuo exceptum cū oibus copiis trucidauit. Octaius salonas oppugnare conatus oēs pene copias quas duxit: amisit. Coelius desciiuit a cæsare: ac se miloni exuli iūxit. Cūq; ambo seruorum manu capuam oppugnare molirēt: occisi sūt. Bibulus apud corcyrā pudore uictus: qd̄ custodiæ eius quā pelago & oppido prætebat hostis illuserat: iedia sese uigiliisq; cōfecit. Appius claudius cælorinus: q̄ iussu pōpeiū græciā tuebatur: iam abolitam poetici oraculi fidem uoluit expiri. Quippe ab eo uates adactus descendere in specum respondisse fertur de bello cōsulēti. Nihil ad te hoc Romane bellū ptinet. Euboicæ cœla obtinebis. Cœla autem uocant euboicum sinū. Ita appius pplexa incertus sorte discessit. Admonet nos aliquid obtrectatoribus nostris cōsulor iste cōsulere. Querebāt utiq; fide christianorū sibi sacra interdicta cærimoniaq; sublata: & ob hoc ideo maxime: q; extis uaticiniisq; cessātibus futuræ clades: q̄ sciri nequeūt: non uitant. Cur ergo lōge ante ipiū Cæsaris natiuitatēq; christi: sicut ipsoꝝ auctores attestātur: abolita fuerit poetici oraculi fides: abolita autē ideo: q̄ cōtēpta: porro autē quare cōtēpta: nisi q̄ uel falsa: uel uana: uel dubia: Vnde prudēter poeta præmonuit. incōsulti abeunt sedēq; ode re sibyllæ: & ne forte id paruipēdā: qd̄ contēptu abolitū atq; antiquatū fuit: hoc ē aut nomē: aut sedē: Appollo ille Phythius erat: quē ferūt magno illo Phytone serpente interfecto: totius uaticinationis auctore & principe: hæredem & sedis & diuinationis & nominis extitisse: ibiq; eum reddere elegisse responsa: ubi orta cum auctore ipsa diuinationo uidebatur. Præterea quæ p alias quoq; terrarum partes spumantibus buccis: rabidoq; discursu omnis furiatorum ructat insania: ad quem plurimi terrarum reges: quasi ad uiuam uocem consulti numinis cucurrerunt: cui sapissime ipsi Romani quoque opulentissima dona miserunt. At si appollo iste Phythius paulatim discernente experientia contemptus relictus atque abolitus est: quid uiuum de mortua pecude: quid uerum de amente muliercula sperari potest? Quid postremo: inflauit cum pinguis ebur Tyrrenus ad aras: expositis opimæ pecudis intestinis non sinxit esuriens: nam sicut ipsi fatentur: uel obscura uel falsa dicendo ipse apollo seducit. Quamobrem æquo

animo ferant: si imitari interim nolunt: nos id ueritatis iudicio etiā prohibere: quod potuerunt
 maiores eorum uel experiēdo contemnere. Interea apud Durachium multi orientis re-
 ges ad Pompeium cum auxiliis conuenerunt. Quo cum caesar uenisset: Pompeium
 obsidione frustra cinxit: ipse terrā. xv. M. passuū fossa praestruēs: cū illi maria paterēt: Pō-
 peius castellū quoddā p̄pinquū mari: quod marcellinus tuebatur: euertit: praesidiaque caesa-
 ris: quae ibidē morabantur occidit. Caesar torquatū legionēque unā: ut expugnaret: aggressus
 ē. Hoc piculo sociorum Pompeius cognito: oēs eo copias contraxit: in quem se illico Caesar
 ommissa obsidione cōuertit. Torquatus autē euestigio p̄rūpens auersum insecutus est. Ita
 caesaris milites ancipiti piculo territi ipso caesare frustra obsistēte fugerūt. Pōpeius uero
 caesaris quoque testimonio uictor p̄sequētē reuocauit exercitū. xxiiii. M. militū caesaris:
 centuriones. xxxii. eq̄tesque Romani cōplures in eo praelio caesi sūt. Caesar inde citato agmi-
 ne p̄ep̄it: in thessaliā p̄rexit. Pōpeius uero cū maximis copiis secutus: bellūque cōmissū ē.
 Itaque instruitur utrinque acies. Pompeius. lxxxviii. cohortes triplici ordine locauit. Fue-
 rūt autē peditū. xl. M. equites in sinistro cornu. dc. in dextro. d. Preterea reges multi sena-
 tores: equitesque Romani plurimi: absque leuiū armaturarum magna copia caesar similiter
 lxxx. cohortes triplici ordine disposuit: cui fuerunt minus quā. xxx. M. peditū. equites. M.
 Videre ibi & gemere erat contractas Romanorum uires in campis Pharsalicis ad occisiōem
 mutuā cōstitisse: quas si cōcordia rexisset: nulli populi: nulli reges ferre potuissent. Pri-
 ma cōgressione eq̄tatus pōpeii pulsus sinistra latera nudauit. Deinde cū diu utrinque du-
 bia sorte cederent: atque ex alia parte pōpeius iter hortādū diceret: parce ciuibus nec ta-
 mē faceret: ex alia uero caesar hoc faceret: quod urgeret: dicēs: miles faciem feri: parce ciui-
 bus: tādē uniuersus Pōpeii fugit exercitus: castraque direpta sūt. Caesa sūt in eo praelio pōpe-
 ianorum. xv. M. cēturiones. xxxiii. Hic exitus pugnae ad paleopharsalū fuit. Pōpeius fu-
 giēs in hostio penei amnis onerariā nauē naetus in asiā trāsiit. Ide p̄syriam in aegyptū uēit: ibique
 mox ut littus attingit iussu ptholemaei adolescētis in grām caesaris uictoris occisus est. Pō-
 peii uxor filiique fugerūt. Caetera pōpeiana classis direpta ē: oibusque in ea erāt crudelissime
 trucidatis: ibique & pōpeius Bithynicus occisus ē. Lētulus uero uir cōsularis apud pelusiū
 interfectus ē. Caesar cōpositis apud thessaliā rebus alexandriā uenit: platoque ad se ac uiso
 pōpeii capite anuloque: fleuit. Cūque se in regiā recepisset: eludebatur a tutoribus: quominus
 pecuniā acciperet: templa sua astu spoliantibus: ut & regios thesauros uacuos esse ostēde-
 rent: & in iuidiā caesaris populum concitarent. Preterea achillas dux regius: imbutus se-
 mel Pompeii sanguine caesaris quoque necem meditabatur. Nā iussus exercitum dimit-
 tere cui praerat. xx. M. armatorum non modo spreuit imperium: uerum & aciem dire-
 xit. In ipso praelio regia classis forte subducta iubetur incendi. Ea flamma cū partē quoque
 urbis inuasisset. cccc. M. librorum proximis forte aedibus condita exussit: singulare profecto
 monumentum studii: curaque maiorum. qui tot tantaque illustrium ingeniorum opera cō-
 gesserant: unde quālibet hodie: quae in templis extāt: quae & nos uidimus armaria libro-
 rum: quibus direptis exinanita ea a nostris hominibus nostrisque temporibus memoren-
 tur: quod quidem uerum est: tamen honestius creditur: libros alios fuisse quae sitos: qui
 pristinas studiorum curas aemularentur: quā aliam ullam fuisse tunc bibliothecam: quae
 extra. cccc. M. librorum fuisse ac p̄ hoc euasisse credatur. Caesar postea insulā ubi pha-
 rus est: cepit. Eo achillas cum gabinianis militibus uenit: ingens pugna commissa est:

magna ibi Cæsarianorum militum multitudo cecidit: omnes etiam interfectores Pompeii interfecti sunt. Cæsar ui insistentium hostium pressus scaphā ascendit: qua mox pōdere subsequentiū grauata ac merisa per. cc. passus ad nauem una manu cleuata: qua chartas tenebat natando peruenit: mox nauali certamine pulsatus magna facilitate classem regiam depressit & cepit. **P**otentibus Alexandrinis regem reddidit Cæsar.

Alexandrinis petētibus regem reddidit: monitum: ut magis amicitia romanā: q̄ arma experiri studeret: q̄ tamē ut liber fuit: ilico bellum intulit: sed cōtinuo cū toto exercitu suo & ipse deletus ē. Nā. xx. M. hominū in eo bello cæsa referuntur xii. M. cū. lxx. longis nauibus dedita. v. naues ex uictoribus cecidisse referunt. Rex ipse adolescēs scapha exceptus ut fugeret: multis insiliētibus meris necatusq; ē. Corpus eius ad littus deuolutum idicio lorice aureæ cognitum fuit: Quia cæsar alexandriā prēmiffa alexandrinis oēs ad deditiōē desperatiōē compulit: regnūq; ægypti cleopatrarē dedit. Inde Syriā puagatus pharnacē i ponto uicit: posteaq; romā uenit: dictator & cōsul creatus: in africā trāsiiit: & apud tapsum cū Iuba & scipione pugnauit: maximāq; hominum multitudinē ibi interfecit: Castra utriusq; direpta sunt. lx. elephantum capti. Cato sese apud Vticā occidit. Iuba percussori iugulum precio dato præbuit. petreius eodē se gladio pfodit. Scipio in nauis: qua ad hispanias fugere contēdēs uento coactus in africā redierat: semetipsum iugulauit: i eadē nauis etiā titus torquatus occisus ē. Cæsar pompeii magni nepotes: filiāq; pōpeiā: simulque cum his faustum syllā & afrannium & petreium filiū iussit occidi. Inde quatuor triumphis urbē igressus: disposito: recuperatoque reipublicæ statu cōtinuo i hispanias cōtra pompeios pōpeiū filios pfectus. xvii. q̄ egressus ab urbe fuerat: die Saguntum puenit: statimque aduersus pōpeios duos & labienum atque actium uarum multa bella & uaria sorte gessit. Vltimum bellum apud mundā urbē gestū ē. Vbi tātis ē uiribus dimicatum: tātaque cædes acta: ut cæsar quoq; ueteranis etiā suis cedere nō erubescētibus cū cedi cogiq; acie suā cerneret: præuenire morte futurę uicti dedecus cogitarit: cū subito uersus i fugā pōpeiorū cessit exercitus. Et qdē eo die hoc bellū actū ē: quo pompeius p̄ ab urbe hellū gesturus aufugerat. iiii. q; ānis hoc ciuile bellū idēsiner toto orbe tonuit. Titus labienus & actius uarus i acie cæsi sūt. Gneus pōpeius cū. c. eq̄tibus aufugit: frater eius Sextus pōpeius cōtracta celeriter nō parua lusitanorū manu cū cæsonio cōgressus ē uictus: fugiēsq; interfectus ē. Mūda ciuitas cū imēsa hoīum cæde cæsare oppugnāte uix capta est. **Q**ualiter i curia a senatu interfectus sit cæsar.

Cæsar Romam rediit: ubi dū reipublicæ statū contra exempla maiorū clamēter instaurat: auctoribus bruto & cassio: conscio etiam senatu plurimo in curia xxiiii. uulneribus confossus interiit: In qua cōiuratione fuisse amplius q̄. lx. cōscios ferunt. Duo bruti & gaius Cassius alique socii strictis pugionibus in capitolium secesserunt. Diu deliberatum est utrum capitolium cum auctoribus cædis oporteret incendi. Corpus enim raptum populus dolore instimulatus in foro fragmentis tribunaliū ac subselliorum cremauit. Percensuit latitudinem regni sui Roma cladibus suis: atq; in suam conuersa cædem singulas quasq; gentes ibidem: ubi domuit: uindicauit. Asia Europæ atq; africæ non dico tribus mūdi partibus: sed totis trium partium angulis edidit gladiatores suos: feriatq; inimicis spectaculum miseræ ultionis ingessit. Nec tamē sufficit ipsas quoq; cum auctoribus causas fuisse consumptas: recidiua semina in eodē

agro germinauerunt: magna continuo metentibus malorum incrementa cum magno sudore factura. Victor ciuiliis belli a ciuibus Cæsar occiditur: in cædem unius trahuntur agmina consciorum. Certum enim erat: q̄ cæsar indigne peremptus plures posset habere ultores. Plurima nobilitas una simul cathena sceleris copulatur: ne fore tanta malorum materia non belli magnitudine suppleatur: sed uindictæ breuitate tenuetur. Medeam illâ fabulæ ferunt dentes quōdam seuisse serpētis: e quibus quasi competentes semini seges armati hoies terra emerferunt: seseq̄ mox inuicē pugnando p̄strauerūt. Eq̄dē hoc poetarum cōmēta finxerūt. Nra aut̄ roma cæsare occiso q̄ta de cineribus eius agmina armata parturiit: q̄ta bella ī testimoniū miseræ scēcūditatis nō legenda pueris: sed spectanda populis excitauit: & tamen horū omniū malorum initium superbia est. Inde surrexerunt bella ciuilia: inde iterum pullularunt. Non ergo iniusta cædes est eorū qui eam iniuste insectantur: si ambitionis æmulatio per ipsos & ī ipsis & agitur & punit: donec q̄ detractauere collegiū discant ferre dominatum: sūmaq̄ imperii totius ad unū redacta longe aliud omnes homines uiuendi genus subeant: ut omnes humiliter placere studeant non insolenter offendere: sed ad tam salubrem humilitatis doctrinam magistro opus est. Itaq̄ opportune compositis rebus augusti cæsaris temporibus natus ē dominus christus. q̄ cū ī forma dei eēt: formā serui humiliter assūpsit: ut tūc demum aptior fieret humilitatis institutio: quādo iā p̄ totū mūdū pœna superbiæ omnibus esset exēplo.

De potentia & uirtute augusti Cæsaris.

ANno ab urbe cōdita. dccx. interfecto iulio Cæsare Octauius qui testamento iulii cæsaris auunculi & hæreditatem & nomē assūpsit: idēq̄ q̄ postea rerum potitus augustus est dictus: simul ut romam adolescens admodum uenit: indolem suam bellis ciuilibus uouit. Nam ut breuiter coaceruationem malorum explicē bella ciuilia quinq̄ gessit: mutinense: Philippense: Perusinum: Siculum: Actiacum. E q̄bus duo: hoc est primum & nouissimum aduersus Marcum Antonium: secūdum aduersus Brutum & cassium: tertium aduersus lucium antonium: quartum aduersus Sextum Pompeium Cnei pompeii filium confecit. Antonius a senatu hostis pronunciatus Deciū Brutū ap̄d mutinā obsidiōe cōcluserat: cōsules hircius & p̄sa: & cū his cæsar ad liberādū deciūbrutū expugnandumq̄ antoniū missi. Pansa primo ueniens exceptus insidiis inter suorum clades ipse quoq̄ pilo grauiter uulneratus ab eodem uulnere interpositis diebus est mortuus. Hircius auxilium collegæ ferens magnas antonii copias uasta strage deleuit: cæsar eatenus castra custodiuit. Secunda illa aduersū antonium pugna: magnæ utrinq̄ strages actæ sunt. Nanq̄ tunc ibi Hircius consul occisus est: uictus fuit Antonius: Cæsar uictoria potitus est: cui Decius Brutus de coniuratione occisi iulii cæsaris confessus preces pœnitentiæ fudit. Dolobella trebonium unū ex intersectoribus cæsaris Smirnæ interfecit. Dolobellam senatus hostem pronunciauit: consilium occisorū uterq̄ exercitus cæsari paruit. Postea Decius brutus in gallia a sequanis captus & occisus est. Basilius autem æque unus de percussoribus manu seruorum suorum necatus est. Lepidus satis a gente cæsare Antonium recepit in gratiam: atque ob fidem reconciliatæ gratiæ filiam eius matrimonio sortitus est. Inde cum ad urbem accessissent: ac rumor de futura proscriptione ortus esset: Caius Toranius uir prætorius nihil tamen metuens incursum militum domi suæ interfectus est: aliiq̄ complures trucidati sunt. Itaq̄ ne la

tius atq; effrenatius proscriptorum cædes ageretur. cxxxii senatorum nomina in tabula proposita sunt. primum lepidi præcepto & nomine: deinde antonii: tertio cæsaris. Ibi antonius tullium ciceronē inimicum suum: ibi lucium Cæsarem auunculum suū: & quod exaggerādo sceleri accessit: uiuam matrem proscripserat: ibi lepidus lucium paulū fratrem suum. In eodem proscriptorum numero triginta equites romani: multæ diu & uariæ cædes actæ. Domus proscriptorū direptis omnibus dirutæ sūt. At Dolobella ī Syria multa cū cassio bella gessit: a quo uictus ipse se interfecit. Brutus & cassius magnis exercitibus comparatis apud athenas cōuenerunt: totāq; græciam depopulati sunt. Rhodios cassius terra mariq; oppugnatos ad deditiōem coegit: quibus præter uitā nihil reliquit. Igitur cæsar & antonius eosdē in macedonia magnis bellorū apparatibus psecuti ad mortem cōpulerūt: quibus manifestissime illa tūc pugna non uirtute partis Antonii: sed cæsaris fœlicitate confecta sit. Cæsar enim tunc æger cum se in castris capiendæ quietis causa tenere statuisset: hortatu & precibus medici sui: q; p somniū admonitū sese fatebat: ut eadie castris cæsarem salutis ipsius causa educeret in campum: ægre inter copias egressus est: ac mox castra eius ab hostibus capta sūt: sed rursus cæsariani milites cassii castra cepērūt. Quare ad desperationē adacti brutus & cassius imaturam sibi mortem ante belli terminum cōsciuerūt. Nā inuitatis percussoribus cassius caput: brutus latus præbuit. At romæ fuluia uxor antonii: socrus cæsaris dominatum: ut mulier agitabat: incertum ī hac mutatione consularis regiique fastigii: utrum deficientis potētiae ultima: an incipientis prima nomināda: certe etiam in eos insolens per quos: ut insolesceret agebat. Nā & cæsarem reuersū apud brundisium contumeliis: factionibus: insidiisq; periit. A quo p-pulsata ad antonium cōcessit ī graciā. Sextus pompeius postq; se in proscriptorū numero relatum comperit: cōuersus in latrocinia oēm oram italiæ cædibus rapinisq; uastauit. Sicilia prærepta: cōmeatibusq; impeditis romam fame affecit. Mox cum eo pacem trium uiri: ut non dicam tyranni: idest lepidus: Cæsar: antoniusq; fecerunt. Sed cōtinuo cū cōtra pactum pompeius fugitiuos allegeret: ut hostis habitus est. Mœna libertus pōpeii cum. lx. nauium classe ad Cæsarem defecit: eidemq; classi ipse iussu Cæsaris præfuit. Idēq; continuo cum statilio tauro aduersus menecratum pompeianum ducē nauale bellum gessit. Deinde ipse cæsar aduersus eosdem pōpeianos cruentissimum bellum gessit nauale confecit: sed continuo uictricem classem pene uniuersam apud Syllaceum naufragio amisit. Ventidius persas & parthos ī syriā irrumperentes tribus bellis maximis fudit: regemq; eorū pacorū in acie interfecit: ea scilicet die qua crassus a parthis fuerat occisus: antonius uno uix castello expugnato pacem cū antiocho fecit: ut ipse rātā rem cōsumasse uideret. Ventidiū syriæ præfecit: iussitq; ut antigono bellū inferret: q; iudeos tunc forte debellauerat: captisq; hierosolymis templum spoliauerat: regnumq; hærodi dederat. Quem continuo uictum in deditiōem recepit. Mœna libertus cū sex nauibus ad pōpeium rediit: a quo clementer receptus Cæsaris classem incendit: quibus nuper Cæsar alteram secundo naufragio perdidisset. Idēq; mœna postea ab agrippa nauali prælio circūuentus cum sex triremibus ad Cæsarem transiit. Sed hunc Cæsar tertio transfugam indulta tantum uita segnem reliquit. Deinde agrippa inter milas & liparas aduersus Democham & pompeium nauale bellum gessit: ac uicit: ibiq; tunc naues. xxx. aut demersit aut cepit: reliquis laceratis. Pompeius deniq; mesanā confugit. Cæsar interea Taurome-

nam traiecerat: quem repentino impetu pompeius afflixit. Vnde multis diuersis nauibus suis ac magna multitudine suorum militum perdita in italiam Cæsar aufugit: nec interueniente mora in Siciliam rediit: ibique lepidum ex africa aduentantem obuium habuit: summam sibi partem terrore: minis: ac superbia uendicantem. Post dies paucos agrippa iussu Cæsaris a littore cum acie instructa prospectans atrocissime nauali prælio aduersus Pompeium confligit: & uicit. Nam. clxiii. naues aut demersit: aut cepit. Pompeius cum x. & vii. nauibus uix elapsus euasit. Lepidus magna. xx. legionum insolentia tumens: cum messanam militibus permissam diripuisset: ipsum Cæsarem ad se uenientem semel atque iterum spreuit: ac potius telis appeti iussit. Quæ ille collecta in leuum brachium lacerata repellendo uitauit. Mox immisso equo ad suos reuersus instructo exercitu aduersus lepidum ueniens plurimas legiones Lepidi: paucis interfectis: transire in suam partem compulit. Lepidus tamen intelligens: quo uanitas sua tenderet: deposito paludamento: assumpsitque ueste pulla supplex Cæsari factus uitam & bona impetrauit perpetuo quidem multatus exilio. Taurus Cæsaris præfectus totam pene Siciliam ferro pertentatam: cõteritâque in fidem recepit. xliiii. legiones sub unius tunc imperio Cæsaris erant. Milites multitudine ferociores quosdam pro accipiendis agris tumultus excitauerunt.

De Antonio uicto & mortuo.

Ed Cæsar animo ingens. xx. M. militum exauctorauit. xxx. M. seruorum dominis restituit. vi. M. quorum domini non extabant: in crucem egit. Ouans urbem ingressus: ut in perpetuum tribunitiæ potestatis esset: a senatu decretum est. His diebus trans Tyberim e taberna meritoria fons olei terra exundauit: ac per totum diem largissimo riuo fluxit. Antonius uero postquam araxem transmisit: omnibus undique malis circumuentus: tandem antiochiam cum paucis rediit. Nam cum multitudine equum & sagittariorum ab omnibus præliis: quæ plura tentauit uictus effugeret: tum præterea incertis & ignotis locis impeditus grauissima fame ad nefandos cibos coactus est: plurimique militum sese hostibus dediderunt. Inde in gratiam transiit: iussitque pompeium: qui uictus a Cæsare exercitum bellumque reparabat: cum paucis ad se uenire. Pompeius fugiens a tito & formo antonianis ducibus sæpe terrestri naualique bello uictus & captus: ac post paululum interfectus est. Cæsar illyricum & Pannoniam partemque italiae bellis subegit & domuit. Antonius artabanem armeniae regem proditione & dolo cepit: quem argentea catena uinctum ad confessionem thesaurorum regionum coegit. Expugnatoque oppido: in quo conditos esse prodiderat: magnam uim auri argenti que abstulit: Quæ elatus pecunia denunciari bellum Cæsari atque octauiæ sorori Cæsaris & uxori repudiium iudici iussit: & Cleopatram sibi ex alexandria occurrere imperauit. Ipse actium: ubi classe constituerat profectus: cum prope tertiam partem remigum fame absuptam offendisset: nihil motus: remi inquit modo salui sint. Nam remiges non deerunt: quoad gratia hoies habuerit: Cæsar. ccxxx. rostratis nauibus a brundisio in epirum profectus est. Agrippa uero præmissus a Cæsare multas onerarias naues frumento atque armis graues ab ægypto Syria asiaque ad subsidium antonio uenientes cepit. Peragratoque peloponnensium sinu methonam urbem ualidissimo antoniano præsidio munitam expugnauit. Inde Corcyram cepit: fugientes nauali prælio persecutus profligauit: multisque rebus cruentissime gestis ad cæsarem uenit. Antonius defectu & fame militum suorum commotus bellum instituit maturare: ac repente instructis co-

piis ad cæsaris castra processit: & uictus est. Tertio post fugam die castra antonius ad actium transtulit nauali prælio dimicare paratus. ccxxx. rostratae fuere Cæsaris naues: & .xxx. sine rostris: triremes uelocitate liburnicis pares: & octo legiones classi superpositæ absq; cohortibus. v. prætoris. Classis antonii. clxx. nauium fuit: quatum numero cedens: tantum magnitudine præcellens. Nam. x. pedum altitudine a mari aberat: Famosum & magnū hoc bellū apud actium fuit. Ab hora quinta usq; in horam septimam: incerta uincendi spe grauissimæ utrinq; cædes actæ: reliquū diei cū subsequente nocte in uictoriā Cæsaris declinauit. Prior regina Cleopatra cum. lx. uelocissimis nauibus fugit. Antonius quoq; detracto insigni prætoris nauis fugientem secutus uxorē ē. Illucescēte iam die uictoriā Cæsar cōsumauit. xii. M. ex uictis cecidisse referūtur. vii. M. uulnerata sunt: e quibus. M. intercurandū defecerunt. Antonius & cleopatra cōes liberos cū parte regiae gazæ ad rubrum mare præmittendos censuerūt: ipsi præsidis circa duo ægypti Pelusiū parethoniūq; dispositis classem: & copias instaurando bello parauerūt. Cæsar sextum imperator appellatus: & quartū ipse cū marco Lycinio crasso consul Brūdusium uenit: ibiq; orbis terrarū præsidia diuisis legionibus cōposuit: Inde in syriam: mox Pelusiū adiit: ubi ab antonianis præsidis ultro susceptus ē. Interea cornelius gallus præmissus a cæsare. iiii. legiōes quas antonius apud cyrenas præsidii loco constituerat: suscepit in fidē: atq; ide Parethonium primam ægypti a Libyæ parte ciuitatem uicto cepit antonio: ipsūq; continuo apud Phæ uicit. Antonius equestre aduersus Cæsarem bellū iniit: in eo quoq; miserabiliter uictus aufugit. Kalendis sextilibus prima luce antonius cū ad instruendā classem in portum descenderet: subito uniuersæ naues ad cæsare transierūt. Cūq; unico præsidio spoliatus cēt: trepidus se cum paucis recepit in regiam. Deinde imminente cæsare turbataq; ciuitate idem antonius sese ferro transuerberauit: ac semianimis ad cleopatram in monumentum: in qd se illa mori certa condiderat: perlatus est: cleopatra postq; se ad triumphum seruari intellexit: uoluntariam mortem petens: serpentis: ut putat: morsu in sinistro tacta brachio exanimis inuēta est: frustra cæsare etiam psyllos admouente: q; uena serpentium e uulneribus hominum haustu reuocare atq; exugere solent: cæsar alexandria urbe omnium longe opulentissima & maxima uictor potitus est. Nam & Roma intantum opibus eius aucta est: ut ppter abundantiam pecuniarum duplicia: q; usq; ad id fuerant: possessionum aliarumq; rerum uenaliū precia statuerentur. Occisi sunt iussu cæsaris maior antonii filius & Publius caninius infestus semp cæsari: sed & antonio infidus: & cassius Parmensis ultima uiolati patris cæsaris uictima: & Quintus Quinius ob eā maxime notam: q; obscenissimæ lanificio textrinoq; reginæ: senator populi Romani præesse non erubuerat. Dehinc cæsar pedestribus copiis in Syriam uenit: deinde in Asiā ad hiberna cōcessit: ac post p Græciā Brundusium peruectus est.

Hic Cæsar primum imperator Augustus est salutatus.

ANno ab urbe. dccxxvi. ipso imperate Cæsare Augusto & lucio Appuleio cōsulibus: Cæsar uictor ab oriente rediens octauo idus Ianuarii urbē triplici triumpho ingressus est: ac tū primū ipse iani portas: sopitis oibus finitissq; bellis ciuilibus clausit. Hoc die primū augustus cōsalutatus ē. Qd nomē cūctis antea inuolatū: & hucusq; cæteris inausū dominis: tā tū orbis licite usurpatum apicē declarat impii: atq; ex eodē die summa rege ac potestatum penes unum cœpit eē: & māsit: qd græci monarchiā

uocant. Porro autē hunc esse eundē diē: hoc ē octauo idus ianuaras: quē nos epiphaniā: hoc ē apparitionē siue manifestationē dominici sacramēti obseruamus: nemo credentiū siue etiam fidei contradicentium nescit. De quo nostrā istius fidelissimæ obseruationis sacramēto uberius nūc dicere nec ratio nec locus flagitat: ut & quærentibus reseruasse: & negligentibus non ingessisse uideamur. Hoc autē fideliter cōmemorasse ideo par fuit: ut p̄ oīa uenturi christi gratia præparatū Cæsaris impiū cōprobet. Nā cum primū gaio Cæsare auunculo suo interfecto ex apollonia rediens urbem ingrederetur: hora circiter tertia repēte liquido ac puro sereno circulus ad speciē cœlestis arcus orbem solis ambiit: quasi unum eū ac potissimū in hoc mūdo solumq; clarissimū in orbe mōstraret. cuius tēpore uēturus eēt: q̄ ipsum solum solus: mundūq; totum & fecisset & regeret.

¶ De restauratione seruorum dominis.

DEinde cū secūdo ī sicilia receptis a pōpeio & lepido legiōibus. xxx. seruorū. M. dominis restituisset: & .xl.iii. legiones solus impio suo ad tutamē orbis terrarū distribuisset: ouansq; urbem ingressus oīa superiora populi romani imperatori dedita donāda litterarū etiā monumentis nedum aboleri cēsuisset: in diebus ipsis fons olei largissimus: sicut superius expressi: de taberna meritoria p̄ totū diem fluxit. Quo signo qd̄ euidētius q̄ in diebus Cæsaris toto orbe regnātis futura christi natiuitas declarata ē: Christus enim lingua gentis in qua & ex qua natus est: unctus interpretatur. Itaq; cum eo tpe: quo Cæsari perpetua tribunitia potestas decreta est: Romæ fons olei per totum diē defluxit sub principatu Cæsaris romano imperio per totum diem hoc ē per oē romani tempus imperii: christum & ex eo christianos: id est unctū atq; ex eo unctos de meritoria taberna: hoc est de hospitali largaq; ecclesia affluenter atq; incessabiliter processuros: restituēdo s̄q; per Cæsarem omnes seruos: q̄ tamen cognoscerent dominum suū cæterosq; q̄ sine domino inuenirent: morti supplicioq; dedendos: remittēdaq; sub Cæsare debita peccatorū ī ea urbe: ī qua spōtaneū fluxisset oleū: euidētissima his: q̄ p̄phetarū uoces nō audiebāt: signa ī cœlo & terra p̄digia p̄diderunt. Tertio autē cum urbē triumphans q̄ntū cōsul igressus est: eo scilicet diē quē supra nominauimus: cū & ianū post. cc. annos primum ipse clausit: & clarissimum illud augusti nomē assumpsit: qd̄ fidelius ac uerius credi: aut cognosci potest. cōcurrētibus ad tātā manifestationē pace: noīe: diē: quā hunc occulto qd̄ gestorū ordine ad obsequium præparatiōis eius prædestinatum fuisse: q̄ eo diē: quo ille manifestādus mundo post paululum erat: & pacis signum prætulit: & potestatis nomen assumpsit. Quid autē ī quarto reditu cum finito Cantabrico bello: pacisq; omnibus gentibus: Cæsar urbem repetiit ad contestationem fidei: quam exprimitur actum sit: ipso ordine melius proferetur.

¶ Hic dicitur ubi Cæsar in Hispania uti gentes legibus suis p̄hibens Iani portas aperuit.

ANNO ab urbe condita. dccxxvi. imperatore Augusto Cæsare sexies: & bis Marco Agrippa consulibus: Cæsar parum in Hispania per ducentum annos actum intelligens: si Cantabros atq; Astures duas fortissimas gentes Hispaniæ suis uti legibus sineret: aperuit iani portas: atque in Hispanias ipse cum exercitu profectus est. Cantabri & Astures Gallatiæ prouinciæ portio sunt: qua extētum Pyreneni iugurn haud procul secundo oceano sub septentrione deducitur. Hi nō solum p̄p̄riam libertatē tueri parati: uerum etiam finitimorū præripere ausi uaccos & Gurgo-

nios & aurigonas assiduis eruptionibus populabantur. Igitur Cæsar apud Segissamam castra posuit: tribus agminibus totā pene amplexus Cātabriā. Diu itaq; fatigato frustra atq; i piculū sæpe deducto exercitu: tādē ab agranico sinu p oceanū incautis hostibus ad mouere classem: atq; exponi copias iubet. Tūc demū cātabri sub mœnibus belgicæ maximo cōgressu belli euicti i Vinniū mōtē natura tutissimū cōfugerūt: ubi obsidione famis ad extremū pene cōsūpti sunt. Aracillū deīde oppidū magna ui ac diu repugnās postremo captū ac dirutū ē. Præterea posteriores gallatiæ partes: quæ mōtibus siluiq; cōsistat oceano terminant: Antistius & Firmius legati magnis grauibusq; bellis perdomuerunt. Nā & meduliū mōtē minio flumini iminētē: i quo se magna multitudo hoīum rucbat p .xv. millia passuū fossa circūseptū obsidione cixerūt. Itaq; ubi se gēs hoīum trux natura & ferox: neq; tolerāda obsidioni sufficētē: neq; suscipiēdo bello parē intelligit ad uolūtariā mortē seruitutis timore cōcurrit. Nā se pene oēs certatim igne: ferro ac ueneno necauerūt. Astures uero positis castris apud asturā flumē romanos: nisi pditi præuētiq; cēt: magnis cōsiliis uirtutibusq; oppressissent. Tres legatos cū legionibus suis i tria castra diuisos tribus æque agminibus obruere moliti repenti suorum pditione detecti sūt. Hos postea Carisius bello exceptos: nō parua etiā romanorū clade supauit. Pars corū prælio elapsa lanciā cōfugit. Cūq; milites circūdatā urbē icēdio adoriri pararent: dux carisius & a suis cessationē ipetrauit icēdii: & a barbaris uolūtate deditiōis exegit. Studiose enī nitebat itegrā atq; icolumē ciuitatē uictoriæ suæ testē reliquere. Cātabricæ uictoriæ hūc honorē detulit cæsar: ut tūc quoq; belli portas claustro cohiberi iuberet. Ita tunc secūdo p cæsare quarto post urbē cōditā clausus ē Ianus. Post hoc claudius drusus priuignus cæsaris: galliā rhetiāq; sortitus maximas fortissimasq; gentes germaniæ armis subegit. Nā tūc ueluti ad cōstitutū diē pacis festinarēt: ita oēs ad experiētā belli: decisionē ue fœderis undatim gētes cōmouebant: aut suscepturæ cōditionē pacis: si uicerent aut usuræ q̄ta libertate: si uicerent: Norici: Illyrici: Pānonii: Dalmatæ: mœsui: thraces & Daci: Sarmathæ plurimiq; & maximi Germaniæ populi p diuersos duces uel supati uel repressi: uel etiā obiectu maximorū fluminū Rheni danubiūq; seclusi sunt. Drusus i Germania primo Susiperes: deīde Tencateros & Cathos perdomuit. Marcomānos pene ad iternitionē cecidit. Postea fortissimas nationes: & qbus natura uires: cōsuetudo expiētā uiriū dabat. Cheruseos. Sueuos & Sycābros pariter uno bello: sed etiā suis aspo supauit. Quorū ex eo cōsiderari uirtus ac feritas pōt: q; mulieres quoq; eorū siquādo præuentu romanorū iter plaustra sua cōcludebātur: deficientibus telis: uel qualibet re: qua uelut telo uti furor possit. paruos filios collisos humi i hostiū ora iaciebāt: i singulis filiorum necibus bis parricidæ. Tūc ē i aphricā Vfulanos & getulos latius uagātes: Cossus dux cæsaris artatis finibus coercuit: atq; romanis limitibus abstinere metu cōpulis. Interea cæsarem apud Tarraconē citerioris hispaniæ urbē legati Indorū & Scytharū toto orbe transmissi tādē ibi iuenerūt: ultro qd̄ iā quærere nō possent. Refuderunt i cæsarem Alexādrī magni gloriā: quem sicut hispanorum gallorūq; legatio i medio oriēte apud babylonē cōtēplatione pacis adiit: ira hunc apud hispaniā in occidentis ultimo supplex cū gētilico munere Eous: Indus & Scythā Boreus orauit. Cantabrico bello per quinque annos acto: totaq; hispania i aternā pacē cū quadā respiratiōe lassitudinis reclinata ac reposita: Cæsar romam rediit. Quibus etiam diebus multa per se: multaq; per duces & legatos bel

la gessit. Nā iter cæteros & piso aduersū Videlicos missus est. Quibus subactis uictor ad cæsare Lugdunū uenit. Pānonios nouo motu itumescētes Tyberius priuignus cæsaris cruetissima cæde deleuit. Idēq; cōtinuo germanos bello arripuit: e qbus. xl. millia captiuos uictor adduxit. Quod reuera bellū maximū et formidolosissimū. xv. legiōibus p triēniū gestū ē: nec fere ullū maius bellū: sicut Suetonius attestat post punicum fuit. Sub eodē uero tēpore Quintilius uarus cū tribus legionibus a Germanis rebellātibus: mira supbia atq; auaritia ī subiectos se agens: fūditus deletus ē. Quā reipu. cladē Cæsaris augustus adeo grauiter tulit: ut saepe p uim doloris caput parieti collidens clamaret: Quintili Vare redde legiones: Bosphoranos uero agrippa superauit: & signis romanis: quæ illi quondā sub mithridate sustulerant: bello recuperatis uictos ad deditiōē coegit. Parthi quasi toto terrarū orbe uel domito uel pacato omniū oculis signarent: atq; ī se solos oīs uigor romani īperii uertēdus eēt: qppe quos pristina ulciscēdæ Crassianæ cædis cōsciētia mordebat: ultro signa: quæ Crasso īterfecto abstulerāt: ad Cæsarem remiserrunt: regiisq; obsidibus traditis: firmū scēdus fideli supplicatione eruerūt. Anno ab urbe condita. dcc lii. Cæsaris augustus ab oriēte ī occidentē: a septētrione ī meridiē: ac p totū oceani circulū cunctis gentibus una pace cōpositis iani portas tertio ipse clausit. Quas auro p. xii. fere annos qetissimo semp obseratas ocio ipsa etiā rubigo signauit: nec prius unq; nisi extrema senectute augusti pulsata Atheniēsium seditiōē & Dacorū cōmotiōē patuerāt. Clausis igit Iani portis rempu. quā bello quæsiuerat pace enutrire: atq; amplificare studēs: leges plurimas statuit: p quas humanū genus libera reuerentia disciplinæ morē gereret. Domini appellationē ut hō decliauit. Nā cum eodē spectāte ludos pronūciatū eēt a quodā mimo: o dominū æquū & bonū: uniuersiq; quasi de ipso dictū eē exultātes approbauissent: statū qdē manū uultuq; idēcoras adulationes repressit: & ī sequēti die grauissimo corripuit edicto: dominūq; se post hoc appellari: ne liberis quidē aut nepotibus suis uel serio uel ioco passus ē. Igit̄ eo tēpore: idēst eo anno: quo firmissimam uerissimāq; pacē ordinatiōē dei Cæsaris cōposuit: natus ē christus: cuius aduētui pax ista famulata ē: ī cuius ortu audiētibus hoibus exultātes angeli cecinerunt. Gloria in excelsis deo: & ī terra pax hoibus bonæ uolūtatis: eodēq; tēpore hic: ad quē rex oīum sūma concesserat: dominū se oīum appellari nō passus ē: imo non ausus: qā uerus dominus totius generis humani iter hoies natus erat: eodēq; anno tūc primū idē Cæsaris: quem his tantis mysteriis prædestinauerat deus: censum agi singularum ubiq; prouinciarum: & censeari omnes hoies iussit: quando & deus homo uideri & esse dignatus est. Tunc igitur natus est christus: Romano censui statū ascriptus est. Hæc est prima illa clarissimaq; professio: quæ cæsarem omnium principem: romanosq; dominos rerū sigillatū cūctorū hominum edita ascriptione signauit: in qua se & ipse qui cunctos homines fecit inueniri hominem ascribi inter homines uoluit. Quod nunq; penitus ab orbe condito: atq; ab exordio generis humani in hūc mūdū: ne babilonio qdē uel macedonico: ut nō dicā minori cuiq; regno cōcessū fuit: nec dubiū: qn oīum cognitiōi fidei īspectiōiq; pateat q; dominus nr̄ Iesus christus hāc urbē nutu suo auctā defēsāq; ī hūc rex apicē puerit: cuius potissime uoluit eē: cū uenit dicēdus utiq; ciuis Romanus census p̄fessione romani. Quāobrem qā ad id tēporis peruētū est: quo & dominus christus hunc mundum primū aduētui suo illustrauit: regnūq; cæsari trāquillissimū dedit: hūc quoq; sex-

tū libellum hoc sine cōcluserim: ut germinantia tempora christiana: magisq; inter reprimentiū manus crescētia: & quæ adhuc in prouectu posita horū ipsorū: quibus hæc respondere cogimur insectatione mordētur: septimo libello: si tamē adiuuāte domino suffecerim: cōprehendā: ut quoniā ab initio & peccare hoīes & puniri propter peccata nō tacui. nūc quoq; quæ persecutiones christianorū actæ sunt: & quæ ultiones secutæ absq; eo quod oēs ad peccādū generaliter pni sunt: atq; ideo sigillatī corripiūtur: expediā.

Pauli orosii uiri doctissimi in septimū historiarū librū prologus.

VFFICIENTER: ut arbitror: documēta sūt collecta: quibus absq; ullo archano: quod paucorū fideiū est: probari de medio queat: unum illū & uerū deū: quē christiana fides prædicat: & cōdidisse mundum creaturamq; eius cū uoluit: & disposuisse p̄ tēpora multa: cū a multis ignoraretur: & cōfirmasse ad unū: cū per unicū declaratus ē: simulq; potentiam patientiāq; eius multimodis argumētis eluxisse. In quo q̄dem angustas deiectasq; mentes offendi paulisper intelligo: q̄ tantæ potentia patientia tanta miscetur. Si enī potens erat inquit creare mūdum: componere pacem mundi: insinuare mundo cultū ad noticiam sui: qd opus fuit tanta: uelut ipsi sentiunt: & tā pernicioſa patientia: ut in ultimo erroribus: cladibus: laboribusq; hoīum fieret: qd a p̄cipio uirtute eius: quē prædicat: dei sic potius cœpisse potuisset. Quibus quidē ueraciter respondere possem: ad hoc ab initio creatum et institutum humanum genus: ut sub religiōe cum pace et sine labore uiuēs fructū obedientia æternitatem pmereret: sed abusum bonitate creatoris libertatē indulgētis i contumacia uertisse licētiam: atq; ex contemptu in obliuionē defluxisse: iustāq; nunc eē patientiā dei: & iusticiam in utranq; partem: ut nec contemptus disperdat i totum: cui misereri uelit: & affici laboribus dum uelit: sinat contemptus potens. Deinde subsequēs eē: iuste semp adhibere: quāuis ignorāti gubernationē: cui aliquando pie restitutus sit pœnitēti ātiquæ gratia facultatē. Sed hæc quoniā: etsi uerissime fortissimeq; dicuntur: fidelē tamē atq; obediētē reqrunt: mihi autem si uidero aliquem ex credituris: certe nūc cum incredulis actio ē: promptius ea proferā: quæ ipsi etsi probare noluerint: i probare nō possint. Itaq; q̄tū ad cōsciētiam humanarū mētū p̄tinet: utriq; sub reuerētia religiōis & cōfessione: cultuq; supnæ potētia uiuimus: distāte duntaxat fide: quā nostrū est fateri ex uno & p̄ unum deū constare oīa: illorum tam multos deos putare: q̄ multa sunt elementa. Si potentia dei inquit quem prædicatis fuit. ut Romanū imperiū tam amplum ac tam sublime fieret: cur igitur patientia eiusdem obfuit ut ante non fieret? Quibus sub eodem uerbo respondebitur. Si potentia & deorum: quos prædicatis fuit: ut romanū iperū tā amplū ac tā sublime fieret: cur igitur patientia eorundē obfuit ut ante nō fieret: an ipsi dii nōdū erāt: an adhuc roma ipsa nō erat: an illi nō colebant: an hæc nōdū idonea ad iperū uidebat: Si nōdum erāt dii: aut potētia: cessat itētio. Ut qd enī iā ibi eorū discussio morā: ubi ne ipsam quidem iuenio naturam: Si autem erāt dii: aut potētia eorum: ut ipsi iudicant: aut patientia in culpa est: uel patientia si fuit: uel potētia si defuit: aut si magis suasibile uideretur eē: tūc qdē deos q̄ p̄ uerere potuissent: sed nōdum extitisse romanos q̄ p̄ uerere iure possēt. Nos aut auctore rerū potētia: nō artificē sciētia quærimus. De diis q̄ p̄ ut putāt: magnis. nō de fabris uilissimis quæstio est: quibus nisi mate-

ria accedat ars cessat. Si enim præscisse illis ac uoluisse præsto semp fuit: imo etiam subiacente præscientia: quia apud oipotentiam de operibus dūtaxat suis hoc est præscire: qđ uelle. quodcūq; illud præsciebatur: cui uoluntas astipularetur: non expectari oportuit: sed creati maxime cum & iuonem illum suum acruos formicarū in populos hoīum ludo uertere solitū ferant. Porro aut de cura cærimoniarum: nec recēsendū arbitror: quoniam inter sacra continua incessabilibus cladibus nullus finis: nulla requies fuit. nisi cū saluator mūdi christus illuxit: cuius aduentui prædestinatam fuisse iperū romani pacē: & suā sufficienter ostendisse me arbitror: paucis tamen adhuc supplere conabor. Principio secūdi libelli cum tempora romanæ conditionis stili tenore pstringerem: multa conuenienter inter babyloniam urbem assyriorum tunc principem gentium: & romanam nunc æque gentibus dominantem cōpacta conscripsi: fuisse illud primum: hoc ultimū imperiū: illud paulatim cædens: at istud sensim conualescēs defluxisse: illi sub uno tēpore nouissimum regem: isti primum regem fuisse. Iam deinde tunc inuadēte Cyro captā uelut in mortē concidisse: cūctam fiducialiter assurgentem: post expulsos reges: liberis uti cœpisse consiliis: præcipue cum uendicante libertatem suam roma: tunc quoq; iudeorum populus: qui apud babyloniam sub regibus seruebat: in sanctam hierusalem recepta libertate redierit: templūq; domini: sicut a prophetis prædictum fuerat: reformarit. Præterea intercessisse dixeram inter babylonium regnum: quod ab oriente fuerat: et romanum: quod ab occidente consurgens: hæreditate orientis enutriebatur: Macedonicū africanumq; regnū: hoc est quasi a meridie ac septētrione breuibus uicibus partes tutoris curatorisq; tenuisse. Orientis & occidentis regnū æque babylonū & romanum iure uocitari: neminē unq; dubitasse scio. Macedonicum regnum sub septētriōe eē cum ipsa cœli plaga: tū Alexandri magni aræ positæ usq; ad nunc sub Rhypeis montibus docent Carthaginē uero uniuersæ præcelluisse Aphrica: & non solū in Siciliam: Sardinia: cæterasq; adiacētes insulas: sed etiā in Hispaniam regni terminos tetendisse: historiarum simul monumenta urbiumq; declarant. Dictū est etiam uastatæ p Medos babyloniam: & irruptæ p Gothos romæ pares admodū annorū numeros cucurrisse. Nūc autem his illud adiicio: quo magis clareat unum esse arbitrum sæculorū: regnorū: locorumq; oīum deū. Regnum carthaginēse a conditione usq; ad euerisionem eius paulo amplius q̄. dcc. annis stetit: æque regnum Macedonicum a carano usq; ad perfen paulominus q̄. dcc. utrūq; tamen septenarius ille numerus: quo iudicantur omnia terminat. Roma ipsa etiā q̄uis ad aduētum domini nostri Iesu christi perfectō prouheretur imperio: tamen paulū & ipsa in occursum numeri huius offendit.

Hic dicitur quomodo Roma graui incendio uastata est.

Am. dcc. conditionis suæ anno. xiiii. uicos eius icertum unde consurgens flamma consumpsit: nec unq; ut ait Liuius: maiore incendio uastata est adeo: ut post aliquot annos: cæsar Augustus ad reparationem eorū: quæ tunc exusta erant: magnā uim pecuniæ ex arario publico largitus sit. Poterā quoq; ostendere eūdē duplicatū numerū māsisse babylōia. quæ post. M. cccc. & qđ excurrit: ānos ultima a cyro rege capta ē: nisi præfetiū cōtēplatiōe reuocarer. Illđ sane libēter adiicio: qđ primū illius regū oīum Nini: q̄uis et p̄ eius Belus obscure primus regnasse referat: āno postq̄ regnare

ceperat. xliii. natus est ille sanctus abraam: cui dictæ sunt repromissiones: ex cuius se-
 mine repromissus est christus: deinde nunc primi istius imperatorum omnium Augu-
 gusti cæsaris: quibus & pater eius cæsar metator imperii potius quam imperator extiterit. Istius inquam
 cæsaris: posteaquam imperare cepit emenso propemodum anno. xlii. natus est christus: qui abra-
 am sub Nino primo rege fuerat repromissus. Natus est autem. viii. kalendas ianuarii: cum pri-
 mum incrementa omnia anni ueniunt incipiunt. Ita factum est ut cum abraam. xliii. natus sit
 anno sub fine. xlii. natiuitatis christi conueniret: ut iam non ipse in parte tertii anni: sed in
 ipso potius tertius annus oriret. Qui annus: quæritis: quæ nouis: quæque iustitias bonis abundauerit:
 satis etiam me non proferente comperit haberi arbitror: toto terrarum orbe una pax omnium: non ces-
 satione: sed abolitione bellorum: clausæ iani gemini portæ extirpatis bellorum radicibus non
 repressis: cæsus ille primus & maximus fuit: cum in hoc unum cæsaris nomen uniuersa ma-
 gnarum gentium creatura iurauit. simulque per communionem cæsus unius societatis effecta est. Igitur
 anno ab urbe condita. dcc. xlii. natus est christus salutare mundo afferens fidem: uere petra me-
 dio rerum posita: ubi cominuere quod offenderet: qui crederet saluaret. uere ignis ardens: quem
 qui sequitur: illuminat: qui tetat exurit. Ipse est christus christianorum caput: saluator bonorum:
 malorum punitor: iudex omnium: qui formam secuturis uerbo & ope statuens: quo magis doceret
 patientes in persecutionibus: quas pro uita æterna exciperent: esse oportere: mox ut uirginis
 partu editus mundo apparuit: a passionibus suis cepit. Namque cum rex iudeæ Herodes si-
 mul ut natum comperit: necare decreuit: plurimosque tunc paruulos: dum unum inspectat occidit.
 Hic malignis improbe incurritibus digna punitio est. Hinc in quantum tranquille agit mundus: cre-
 denti gratia: in quantum perniciosè inquietatur: blasphemantium poena est: securis per omnia christia-
 nis fidelibus: quibus aut æternæ uitæ reges in tuto: aut etiam huius in lucro est: quod promptius
 cum per ordinem referant: ipsis rebus ostendat. Postquam redemptor mundi dominus iesus christus
 uenit in terras: & cæsaris censum ciuis romanus ascriptus est: dum per. xii. ut dixi annos: clausæ
 belli portæ beatissimæ pacis tranquillitate cohiberent: Gaium nepotem suum Cæsar augustus
 ad ordinandas ægypti syriæque prouincias misit: qui præteriens ab ægypto fines palestinae
 apud hierosolymam in templo dei tunc sancto & celebri adorare contempsit: sicut Suetoni-
 us tranquillus refert. Quod ut augustus comperit: prauo usus iudicio: eum prudenter fecis-
 se laudauit. Itaque anno imperii Cæsaris. xlviii. adeo dira romanos fames consecuta est: ut
 Cæsar lanistarum familias omnesque peregrinos: seruatorum quoque maximas copias: exce-
 ptis medicis & præceptoribus trudi urbe præceperit. Ita peccante principe in sanctum dei
 & correpto per famem populo: quantitatem offensionis qualitas ultionis ostendit. Dein-
 de ut uerbis Cornelii taciti loquar: sene Augusto ianus patefactus: dum apud extremos
 terrarum terminos nouæ gentes sæpe ex usu. & aliquando cum damno quaruntur: usque
 ad uespasiani durauit imperium. Hucusque Cornelius. Cæterum & tunc capta euerque ur-
 be hierosolymarum: sicut propheta pronunciauerant: extinctisque iudeis Titus: qui ad uin-
 dicandum domini nostri iesu christi sanguinem iudicio dei fuerat ordinatus: uictor tri-
 umphans cum Vespasiano patre Ianum clausit. Igitur etsi sub extremis Cæsaris tem-
 poribus apertus est Ianus: tamen per multa tempora ex eo: quis in procinctu esset
 exercitus: nulla bella sonuerunt. Vnde etiam dominus iesus christus in euangeliis
 cum temporibus illis in summa tranquillitate uniuersus mundus ageretur: cunctasque
 gentes pax una uelaret: & a discipulis suis interrogatus esset: de conditione tem-

pos: subsequētium iter cætera sic ait. Audituri autem estis prælia & opiniones prælior: uidete ne turbemini. Oportet enim hæc primum fieri: sed nōdum ē finis. Cōsurgēt enim gēs i gētē: & regnum i regnum: & erunt pestilētia & fames & terræmotus p loca. Hæc autē oia initia sunt dolor. Tūc tradēt uos in tribulationē: & occidēt uos: & eritis odio oibus gentibus ppter nomē meum. Hoc autē diuina puidētia docēs: & credētes præmonēdo firmauit: & incredulos prædicādo cōfudit. Anno ab urbe cōdita. dcc. lxxvii. post mortem augusti Cæsaris tyberius cæsar impiū adeptus ē: māsitq; in eo annis. xxiii. Hic per semetipsum nulla bella gessit: sed ne p legatos qdē aliqua grauia: nisi q; tātum i aliquantis locis præcogniti cito gentium tumores cōprimebātur. Sane. iiii. iperii eius anno germanicus drusi filius: Caligulæ pater de germanis: ad quos ab augusto sene missus fuerat: triumphauit. Ipse autē tyberius plurima impiū sui parte cum magna & graui modestia reipu. præfuit: adeo ut quibusdā præsidibus augēda prouiciis tributa suadentibus scripserit. Boni pastoris eē tōdere pecus: nō deglubere. At postq; passus ē dominus Iesus christus: atq; a mortuis resurrexit: & discipulos suos ad prædicādam misit. Pilatus præses palestinae prouiciæ ad Tiberium imperatorē atq; ad senatum rettulit de passione & resurrectione christi: cōsequētibusq; uirtutibus: quæ uel p ipsum factæ fuerant: uel p discipulos ipsius i noie eius fiebāt: & de eo q; certati crescēte plurimor: fide deus crederet.

Hic Tiberius cæsar rettulit ad senatum: ut christus deus haberetur.

Tiberius cū suffragio magni fauoris rettulit ad senatum: ut christus deus haberet. Senatus indignatione motus: q; nō sibi prius secundum morē delatum eēt ut de suscipiendo cultu prius ipse decerneret: cōsecrationem christi recusauit: edictoq; cōstituit exterminādos esse ex urbe christianos: præcipue cum & seiānus præfectus Tyberii suscipiendæ religioni obstinatissime contradiceret. Tyberius tamen edicto accusatoribus christianor: mortem cōminatus est. Itaq; paulatim imminuta est illa Tyberii cæsaris laudatissima modestia i pcenā cōtradietoris senatus. Nā regi quæcūq; uolūtate faciebat: uoluntas erat: atq; ex māsuerissimo pncipe sæuissima bestia exarsit. Nā plurimos senator: proscrispuit & ad mortē coegit. Viginti sibi patricios uiros cōsiliū causa legerat. Hor: uix duos incolumes reliquit: cæteros diuersis causis necauit. Seiānū præfectum suum res nouas molientem interfecit. Filios suos Drusum & Germanicum quor: Drusus naturalis: Germanicus adoptiuus erat: manifestis ueneni signis pdidit. Filios germanici filii sui iterfecit. Referre sigillatū facta eius horret aius: pudetq; tāta libidinis & crudelitatis rabie efferbuit: ut q; spreuerāt christo rege saluari: rege Cæsare puniretur. Huius tamē iperii āno. xii. noua & icredibilis clades apud Fidēnatiū urbem accidit. Amphitheatri cauea populo gladiator: munus spectāte collapsa est: & plus q; xx. millia hoium occidit. Dignū sane posteris tātæ correctionis exēplū: tūc ad spectādas hominū mortes: auidos hoies cōuenisse: quādo pro salute hoium puidēda deus hō eē uoluisset.

Hic dicit ubi dominus passus ē: & q; terræmotus factus ē per orbē.

Deide anno eiusdē. xv. cū dominus christus Iesus uolūtarie qdē se tradidit passioni: sed impie a iudeis apprehēsus: & patibulo suspēsus ē: maximo terræmotu per orbē facto: saxa in montibus scissa sunt: maximarumq; urbiū plurimæ partes plus solita concussione ceciderūt. Eadē quoq; die ad horā diei sextā sol in toto orbe obscuratus: tetraq; nox subito obducta terris est: & sicut dictū ē: ipiaq; æterna timue

runt sæcula noctē. Vsq̄e adeo aut̄ neq̄ lunā lumini solis: neq̄ nubes obstitisse manifestū ē: ut. xiiii. lunā ea die tota cœli regione interiecta lōgissime a conspectu solis abfuisse & stellas tunc diurnis horis uel potius ī illa horrenda nocte toto cœlo fulsisse referatur. Quod nō solū sanctorū euāgeliorū fides: sed etiā aliquāti græcorū libri attestant. Iā hic post passionē domini. quē iudei q̄tū ī ipsis fuit p̄secuti sunt: cōtinue clades iudeorū: donec exinaniti dispersiq̄ deficiāt: incessabiliter p̄strepūt. Tiberius siq̄dē iuuetutē corū p̄speciē sacramēti in prouincias grauioris cœli relegauit: reliquas gētes eiusdē uel similia sectantes urbe submouit sub pœna p̄petuæ seruitutis. nisi obtēperassent. Sane asiæ ciuitates illo terramotu dirutas: tributo dimisso p̄pria etiā libertate donauit. Hic ambiguus signis ueneni obiit. Anno ab urbe cōdita. dcc. lxxx. tertius ab Augusto Gaius caligula cœpit regnare: māsitq̄ ī ip̄erio annis nō plenis. iiii. hō ante se oīum flagitiosissimus: & q̄ uere dignus romanis blasphemantibus: & iudeis p̄secutoribus punitor adhibitus uideret̄. Hic ut breuiter magnitudinē crudelitatis eius exprimā: exclamasse fert̄. Vtinā populus romanus unā ceruicē haberet. Sæpe etiā de cōditiōe tēporū suorū cōquestus ē: q̄ nullis calamitatibus publicis insignirent̄. O beata germina temporis christiani q̄tum p̄ualuistis in rebus humanis: ut etiā crudelitas hoīs magis potuerit clades desiderare: q̄ iuenire. Ecce de trāquillitate generali feritas ieiuna conqueritur. Furor impius intus sœua sedēs sup̄ arma: & centū uictus ahenis post tergū nodis: fremit horridus ore cruento. Serui fugitiui & rebelles gladiatores perterruere Romā: euertere italiā: Siciliā deleuere: iā pene uniuerso humano generi toto orbe metuēdi. In diebus aut̄ salutis: hoc est tēporibus christianis cōuellere q̄tē nō pōt uel Cæsar infestus. Hic siq̄dē magno & icredibili apparatu profectus quærere hostē uiribus ociosis: Germaniā galliāq̄ percurrens in ora oceani circa prospectū britāniæ restitit. Cūq̄ ibi Minocynobellinū britannoꝝ regis filiū: q̄ a patre pulsus: cū paucis oberrabat: ī deditiōe recēpisset: deficiēte belli materia romā rediit. Iisdē aut̄ diebus iudæi: q̄ iā tūc ob passionē christi meritis ubiq̄ cladibus exagitabātur: apud Alexādrīā seditione excitata p̄fligati cæde: atq̄ ab urbe pulsi expromēdæque querelārū causa philonē quēdā uirū sane ī primis eruditū legatū ad cæsare miserūt. Sed Caligula cū oībus hoīb: tū p̄cipue iudeis eēt infestissimus: sp̄reta legatione Philonis: oēs iudeorū sacras ædes: atq̄ in primis antiquū illud in hierosolymis sacrariū prophanari sacrificiis gētiliū: ac repleti statuis simulacrisq̄ ip̄erauit: seq̄ ibi ut deū coli p̄cepit. Pilatus aut̄ p̄æsēs: q̄ sentētiā damnationis in christū dixerat: postq̄ plurimas seditiones in hierosolymis expleuit & fecit: tantis irrogāte Gaio angoribus coartatus ē: ut sua se transferberās manu malorū cōpēdiū mortis celeritate quæsiuerit. Gaius uero caligula libidinibus suis etiā illud sceleris adiecit: ut sorores suas primū stupro pollueret: deinde exilio damnaret. Qui post omnes simul exules iussit occidi. Ipse autem a suis protectoribus occisus est. Duo libelli in secretis eius reperti sunt: quorum alteri pugio: alteri gladius p̄ signo nominis ascriptus erat: ambo lectissimorum uirorum utriusq̄ ordinis senatoriū & equestris nomina & notas continebant morti destinatorum. Inuenta est & archa ingens uariorum uenenorum pocula continens: quibus mox Claudio cæsare iubente: demersis infecta maria traduntur non sine magno piscium exitio: quos enecatos per proxima littora passim æstus eiecit. Magnū uero idiciū miserentis dei propter suffragium gratiæ in populum continue ex parte crediturum: & propter iræ temperamentum ī po-

pulum tunc infideliter obstinatum: ut quanta multitudo hominum preparatam mortem euaserit: ex multitudie interfectorum piscium disceret: omnibusque notesceret: quod tanta ueneni moles arte aucta agere in miseram ciuitatem potuisset: quae negligenter effusa etiam maria corrumpit.

Hic dicitur ubi primum uenit roma beatus petrus apostolus sub Claudio. Anno ab urbe condita. dcc. lxxxv. Tyberius claudius ab Augusto quartus regnum adeptus est: mansitque in eo annos. xiiii. Exordio regni eius Petrus apostolus domini nostri Iesu christi roma uenit: & salutare cunctis creditibus fidei fidei uerbo docuit: potentissimisque uirtutibus approbavit. Exin christiani romae esse coeperunt: sensitque hoc collatum fidei suae roma beneficium. Nam cum interfecto Caligula multa mala de abrogando imperio: ac reipublica antiquum ordinem restituenda: euerteret: poenitus Caesarum uniuersa familia senatus & consules decreuissent: Claudius mox ut confirmauit imperium: magna atque adhuc Romae incognita usus clamor: ne in tanta nobilium multitudinem ultio si esset cepta: saeuiret: iudicium illud: quod ex reipublica. statu isceliciter consultatum actumque fuerat memoria exemit: omniumque factorum dictorumque in eo ueniam & obliuionem in perpetuum sanxit. Ita illam praclaram & famosam atheniensium amnestiam: quam quidem Romae inducere Iulio caesare interfecto: senatus Cicerone suadente tentauerat: sed & Octauiano & Antonio propter ultionem extincti Caesaris irruentibus in irritum cesserat: hanc claudius quibus multo truculentiore causa in eadem conspiratorum stimulare: ultronea clamor nullo expetente firmavit. Accidit etiam eodem tempore praesentis gratiae dei grande miraculum. Si quidem Furius camillus scribonianus Dalmatiae legatus: bellum civile molitus legiones multas fortissimasque ad sacramenti mutationem pellexerat. Itaque die dicto: ut in unum undique ad nouum imperatorem conueneretur: neque aquae ornari. neque conuelli quoquomodo signa: moueriue potuerunt: exercitus tanta & tam inusitata miraculi fide motus & conuersus in poenitentiam imperatorem scribonianum quanto statim die destitutum interfecit: seseque sacramento prioris militiae continuit. Tristius ac perniciosius urbi romae nihil unquam fuisse: quam bella civilia satis notum est. Itaque propter aduentum apostoli Petri & tenera christianorum germina uix dum adhuc pauca ad sanctae fidei professionem erumpentia hanc exorientem tyrannidem & consurgens istud civile bellum quisnam diuinitus esse compressum neget: qui praeteritis temporibus de compressione bellorum civilium simile probavit exemplum. Claudius quarto imperii sui anno: cupiens se utilem reipublicae. ostentare principem: bellum ubique & uictoriam undecumque quaesiuit. Itaque expeditionem in britanniam mouit: quae excitata in tumultum propter non redhibitos transfugas uidebatur: transuectusque in insulam est: quam neque ante iulium caesarem: neque post eum quisquam adire ausus fuerat. Ibi: ut uerbis Suetonii tranquillii loquar. sine ullo praelio ac sanguine intra paucissimos dies plurimam insulae partem in ditionem recapit. Orchadas etiam insulas ultra britanniam in oceano positas Romano adiecit imperio: ac sexto quo profectus erat mense Romam rediit. Conferatur nunc: si cuiquam placet insula & insula: tempus & tempus: bellum & bellum: caesar & caesar. Nam de fine nihil profero: quoniam hoc felicissima uictoria: illud acerbissima clades fuit: & sic demum roma cognoscat per eius latentem prouidentiam in agendis rebus antea se partem felicitatis habuisse: cuius agnitione suscepta plenissima felicitate perfruitur: non tamen in quantum blasphemiarum offendiculis deprauatur. Eodem anno imperii eius fames grauissima per Syriam facta est: quam etiam prophetae praenunciauerant: sed christianorum necessitatibus apud hierosolimam con-

uectis ab ægypto frumētis Helena Adiabenorū regina conuersa ad fidē christi largissime ministravit. Anno imperii eius quinto in Theram & thersiam insulas de profundo emicuit belua. xxx. stadiorum extenta spacio. Anno eius septimo sub procuratore iudeæ cumano in hierosolymis tanta seditio in diebus azimorum exorta ē: ut in portarum exitu populo coartato. xxx. M. iudæorum cæde prostrata & cōpressionē suffocata referantur. Anno eiusdē nono expulsos per Claudium urbe iudæos Iosephus refert: sed me magis Suetonius mouet: qui ait hoc modo. Claudius iudæos impulsore christo assidue tumultuātes Roma expulit. Quod utrum contra christum tumultuantes iudæos coerceri & comprimi iusserit: an etiam christianos simul: uelut cognatæ religionis hoies uoluerit expelli: nequaquā discernitur. Verūtamen sequenti anno tanta fames romæ fuit: ut medio foro Imperator correptus a populo cōuiciis & fragminibus panis turpissime infestatus ægre per pseudotyrum in palacium refugiens: furorem excitatæ plæbis euaserit. Paruo autem intercedente tempore. xxxv. senatores & .ccc. simul equites romanos minimis causis interfecit: ipse autem manifestis ueneni signis mortuus ē. Anno ab urbe condita. dccc. viii. Nero Cæsar ab augusto quinto principatū adeptus est: māsitq; in eo annis non plenis. xiiii. Gaii caligulæ auunculi sui erga omnia uicia ac scælera sectator: imo transgressor. petulātiā: libidinē. luxuriā: auaritiā: crudelitatem nullo non scelere exercuit. Siquidem percitus petulātia omnia pene Italiæ ac Græciæ theatra perustrans: assumpto ēt uarii uestitus dedecore: ceritos: cytharistas: tragædos & aurigas sæpe sibi superasse uisus est. Libidinibus porro tantis exagitatus est: ut ne a matre quidē uel sorore uel ulla consanguinitatis reuerentia abstinuisset referatur: uirum in uxorem duxerit: ipse a uiro ut uxor acceptus sit. Luxuriæ uero tā effrenatæ fuit: ut retibus aureis piscaretur: quæ purpureis funibus extrahebantur: frigidis & calidis lauaretur unguētis. Qui etiam nunquā minus. M. carucis confecisse iter traditur. Deniq; urbis romæ icēdium uoluptatis suæ spectaculū fecit. Per sex enim dies septemq; noctes ardens ciuitas regios pauit aspectus. Horrea quadro structa lapide magnæq; ille ueterū insulæ: quas discurrens adire flāma non potuit: magnis machinis quondam ad extrema bella præparatis labefactatæ atq; inflāmatæ sunt: ad monumētōꝝ bustorūq; diuersoria iscelici plæbe compulsæ. Quod ipse ex altissima illa mecenatiana turre prospectā: latusq; flāma: ut aiebat: pulchritudine tragico habitu iliadē decantabat. Auaritiæ autem tā præruptæ extitit: ut post hoc icēdium urbis: quā se augustus ex lateritia marmoream reddidisse iactauerat: neminē ad reliq;as rerū uistarū adire permiserit: cūcta quæ flāma quoquo modo superfuerāt ipse abstulit. Cēties cētena millia sestertiū ad annuā impensam a senatu sibi conferri impauit: plurimos senatorum nulla extāte causa bonis priuauit: negociatorū oīum sub una die tormētis quoq; adhibitis omnem penitus censum absterfit.

Nero hic primus persecutus ē christianos: q̄ et apostolos Petrū & paulū occidit.

Crudelitatis autem rabie ita effertus ē: ut plurimā senatus partem interfecit: equestrē ordinē pene destituerit: sed ne parricidiis quidē abstinuit. Matrē: fratres: sororē: uxorē: ceterosq; cognatos & p̄pinquos sine hæsitatione p̄stravit: Auxit hæc molē facinorū eius temeritas impietatis in deum. Nā primus romæ christianos suppliciiis & mortibus affecit: ac p̄ oēs puincias pari p̄secutiōe excruciarī impauit: ipsūq; nomē extirpare conatus beatissimos christi apostolos Petrū cruce: paulū gladio

occidit. Mox aceruatim miserā ciuitatē obortæ undiq; clades oppressere. Nā subsequēte autūno tāta urbi pestilētia increbuit. ut. xxx. M. funerū in rationē libitinæ uenirēt. britānica deide clades euestigio accidit: qua duo præcipua oppida magna ciuiū sociorūq; clade & cæde direpta sunt. Præterea i oriētē magnis armeniæ prouinciis amissis romanæ legiones sub iugū parthicū missa: ægreq; Syria retenta est. In asia tres urbes: hoc ē laodicea Hierapolis: Colosse terremotu cōciderūt. At uero Nero postq; galbā i hispania i peratorem creatū ab exercitu cognouit: totus animo ac spe cōcidit. Cūq; incredibilia perturbāda: imo subruēda reipu. mala molliret: hostis a senatu pronunciatus: ignominiosissime fugiēs ad quartū ab urbe lapidē sese iterfecit: atq; i eo oīs Cæsarū familia cōsumpta ē. Anno ab urbe cōdita. dccc. xxii. Galba apud hispanias usurpauit i periu. Qui ut Neronis mortē comperit: romā uenit. Cūq; omni auaritia & sæuitia: segnitiaq; offenderet: Pisonē sibi nobilem idustriūq; adolefcētē i filiū atq; i regnū adoptauit: cū quo septimo mense impii sui ab Othone iugulatus ē. Luit Roma cædibus principū excitatis ciuilibus bellis recentes christianæ religionis iurias: & signa legionū illa: quæ sub aduētū in urbē petri apostoli diuinitus coercita: cōuelli nullo modo ad excitandū ciuile bellū ualuerāt: quod p Scribonianā parabat. Petro i urbe iterfecto: & christiāis pcenarū diuersitate laniatis: toto se orbe soluerūt. De hispania siqdē illico Galba surrexerat. quo mox presso: Otho Romæ. Vitellius i germania. Vespasianus i Syria imperia simul atq; arma rapuerunt. Probēt sane etiam iuiti potētia simul & clamētia dei: q; christianis tēporibus offenduntē q̄ta celeritate tantorum incēdia bellorum & excitata sūt & repressa: cum antea & minimis causis magnæ ac diutinæ clades agitentur: & nunc maximi undiq; constrepentes magnorū malorū fragores minimo negotio sopirētur. Iā enī erat romæ. quīs persecutione uexāte ecclesia: quæ iudici oīum christo etiam pro inimicis & persecutoribus supplicaret. Igitur Otho cū Galba & Pisonē romæ interfectis iter tumultus cædesq; inuasisset imperiū: ac mox creatū imperatorē in gallia per germanicas legiones Vitelliū comperisset: bellū ciuile mollitus tribus primū leuibus præliis: hoc ē uno apud alpes: alio circa placētia: tertio circa locum: quē castoris uocant: contra uitellianos duces congressus uictor extitisset: quarto apud Bebyracū prælio: cum animaduertisset suos uinci. mense .iii. q̄ imperare cæperat sese iterfecit. Vitellius uictor romam uenit: ubi cum multa crudeliter ac neq;ter ageret: incredibili etiā uoracitatis appetitu humanā uitā pbris aggrauaret. postq; de Vespasiano cōperit: primū deponere ē mollitus imperiū: postea a quibusdā animatus Sabinū Vespasiani fratrem nihil malī tū suspicātē cū cætētis flauianis i capitoliū compulit: succēsoq; tēplo & mixta simul flāma ruinaq; oēs i unum pariter interitum ac tumultum dedit. Post deficiente in Vespasiani nomē exercitu suo destitutus: appropinquantibus iam hostibus trepidus: cum se in quandam cellulā proximā pallatio cōtrusisset. turpissime ide protractus: cum per uiam sacram nudus duceret: passim cū cētis finium in os eius coniectātibus in forē deductus. viii. q̄ regnum præsumpserat mēse apud Gemonias scalas minutissimorum ictuum crebris cōpūctionibus excarnificatus atq; inde unco tractus & in tyberim merfus etiam cōmuni caruit sepultura. Multis autem & nefariis modis p cōplures dies a Vespasianis militibus aduersum senatum populūq; romanum indiscreta cæde sæuitum ē. Anno ab urbe cōdita. dccc. xxv. breui illa qdē: sed turbida tyrānorū tēpestare discussa: trāq̄lla sub Vespasiano duce serenitas re-

diit. Namque ut paulo altius repetā: iudæi post passionē christi destituti in totū gratia dei cū oībus undiq; malis circūuenirētur: qdā i carmellum montē seducti sortibus quæ potēderent: exortos a iudæa duces rerū potituros fore: bellū ad se trahētes in rebellionē exarserūt. Extinctisq; romanis præfidiis: legatū quoq; Syriæ suppetias ferētē: rapta aquila & cæsis copiis fugauerūt. Ad hos Vespasianus a Nerone missus Titū filiū suū maiore inter legatos habuit. Nā multas & uarias legiones secum i Syriam traiecit.

Hic dicitur ubi hierosolyma euersa ē a Vespasiano & Tito iudæi capti uel interfecti sūt. Itaq; cū iudæos multis eorū oppidis captis in urbem hierosolymorū præcipue ob diem festū congregatos obsidione clausisset: cognita neronis morte: hortatu plurimorū regum & ducū: maxime iosephi iudeorū ducis sentētia: q; captus cū in uincula coniceretur: cōstantissime dixerat: sicut Suetonius refert: continuo se ab eodē: sed i peratore soluēdū: i perium adeptus ē. Relictoq; i castris ad procurationē obsidionis hierosolymorū filio Tito per alexādrīā profectus ē romā. Sed cognita interfectione Vitellii paulisper alexādrīā substitit. Titus uero magna ac diuturna obsidione iudæos premēs machinis cūctisq; bellicis molibus nō sine suorū multo sanguine tandē muros ciuitatis irrupit. Sed ad expugnādā iteriore tēpli munitiōē: quā inclusā multitudo sacerdotū ac p̄cipū tuebat: maiore ui et mora opus fuit. Quod tamē postq; i potestātē redactum ope et antiq̄tate suspexit: diu deliberauit: utrum tāq; incitamentum hostiū incēderet: an i testimonium uictoriæ reseruaret: sed ecclesia dei iā p̄ totum orbem uberrime germināte: hoc tāq; effectum ac uacuum: nulliq; usui bono commodum arbitrio dei auferendum fuit. Itaq; titus i perator pronunciatu ab exercitu tēplum i hierosolymis icēdit ac diruit: qd̄ a die conditionis prima usq; ad diē euersiōnis ultimā māserat ānis. M. c. ii. Muros urbis uniuersos solo adæquauit. dc. M. iudeorū eo bello interfecta cornelius & Suetonius referunt. Iosephus uero iudæus: q; ei tunc bello præfuit: & apud Vespasianum propter prædictum i perium ueniā gratiāq; meruerat: scribit undecies cētena. M. iudeorū gladio & fame perisse: reliquias uero iudeorū diuersis actas cōditionibus toto orbe disp̄sas: quarū numerus ad nonaginta. M. hominum fuisse narrat. Vespasianus autē & Titus impatores magnificum agētes de iudeis triumphum urbē ingressi sunt. Pulchrum & ignotum ante cunctis mortalibus inter. ccc. xx. triumphos: q; a conditiōne urbis usq; i id tēpus acti erāt: hoc spectaculum fuit: patrem & filiū uno triumphali curru uectos gloriosissimā ab his q; patrem & filiū offenderant: uictoriā reportasse. Qui cōtinuo oībus bellis ac tumultibus domi forisq; cōpressis pacē totius orbis pronūciauerūt: & Ianū geminū obseratis cohiberi claustris: sextū demū ipsi post urbē conditam censuerunt. Iure enī idē honos ultioni passionis domini impensus ē: q; etiā natiuitati fuerat attributus. Tūc deīde sine ullis belloꝝ tumultibus i imēsū respu. humana prouehit. siqdē Achaia: Lycia: Rhodus: Bizantiū: Samos: Thracia: Cilicia: Cōmagene tū primum redactæ i prouicias: Romanis iudicibus legibusq; paruerunt. Nono autē i perii eius anno tres ciuitates Cypri terræmotu corruerunt: & Romæ magna pestilētia fuit. Vespasianus autē in uilla propria circa sabinos. ix. anno p̄cipatus sui profluuio uētris mortuus ē. Anno ab urbe condita. dccc. xxxiiii. Titus segregatis a numero principū Othone & Vitellio ab Augusto octauus biēnio post Vespasianum regnauit. Cuius tanta trāquillitas in imperio fuit: ut nullus omnino sanguinē in repu. administranda fuisse re

feratur. Et tamē tūc romæ orto repēte incēdio plurimæ ædes publicæ cōcrematae sūt: abruptū tunc etiā Vesuuii montis uerticē magna profundisse icēdia ferūt: torrentibusq; flāma; uicina regionis cum urbibus hoibusq; delesse. Titus cum ingenti omniū luctu in eadem uilla qua pater eius morbo absumptus est.

Domitianus hic secundā persecutionē fecit i christianos.

ANno ab urbe condita. dccc. xxxv. Domitianus Titi frater ab augusto nonus fratri successit i regnum. Qui per annos. xv. ad hoc paulatim per oēs scelerum gradus creuit: ut cōfirmatissimā toto orbe christi ecclesiā: datis ubiq; crudelissimæ persecutionis edictis cōuellere auderet. Is in tantam superbiā prolapsus fuit: ut dominū ac deū sese uocari: scribi: coliq; iusserit: nobillissimos e senatu iuidiæ simul ac prædæ causa alios palā iterfecit: alios in exilium trusit: ibiq; iperauit trucidari. Libidinis intēperantia quicquid cogitari pōt. fecit. plurimas urbis ædes destructis populi romani propriis rebus extruxit. Bellum aduersum Germanos & Dacos p legatos gessit pari reip. pernicie: cum & in urbe ipse senatum populumq; laniaret: & foris malum circūactum exercitum assidua hostes cæde conficerēt. Nā q̄tra fuerint Diurpanei dacorū regis cum Fusco duce prælia: q̄tæq; romanorū clades longo textu euoluerēt: nisi Cornelius tacitus: qui hāc historiā diligentissime contexuit: de reticēdo interfectorū numero & salustium Crispum & alios auctores q̄ plurimos sanxisse: & seipsum qdē potissimum elegisse dixisset. Domitianus tamē prauissime elatus iactātia sub nomine supatorū hostium de extinctis legionibus triumphauit. Idēq; efferatus superbia: qua se deum coli uellet: psecutionem in christianos agi secundus a Nerone impauit. Quo tēpore etiā beatissimus ioānes apostolus in pathmo insula fuit. Inter iudæos quoq; acerbitate tormētorū & cruētissimæ quæstionis exquiri genus dauid: atq; interfici præceptum ē: dū pphetis sanctis & inuidei & credit: quasi adhuc futurus eēt ex semine Dauid: q̄ regnum posset adipisci. Continuo tamē domitianus crudeliter i palatio a suis iterfectus ē: cuius cadauer populari sandapila p uespiliones exportatū atq; ignominiosissime sepultū ē. Anno ab urbe condita. dccc. xlvi. q̄uis eutropius. l. hūc eē annū scripserit. Nerua admodū senex a petronio præfecto prætorio & Parthenio spadone iterfectore Domitiani impator decimus ab augusto creatus traianū in regnū adoptauit: p quē reuera afflictæ reip. diuina puiſio cōsuluit. Hic primo edicto suo cūctos exules reuocauit. Vnde & ioānes apostolus hac generali indulgētia liberatus Ephesum rediit. Emēsoq; āno iperii sui Nerua cōfectus morbo diem obiit.

Hic dicit de Traiano.

ANno ab urbe condita. dccc. xlvii. Traianus genere hispanus. xi. ab Augusto reip. gubernacula Nerua tradēte suscepit: ac per ānos. xix. tenuit. Apud agrippinā galliæ urbē insignia sumēs impiū mox germaniam trans rhenū i pristinū statum reduxit. trans danubium multas gentes subegit. Regiones autem trans Euphraten & Tigrim sitas prouicias fecit. Seleuciā & Ctesiphontem & babylonem occupauit. In psequēdis christianis errore deceptus tertius a Nerone cū passim repertos cogi ad sacrificādū idolis ac detractātes iterfici præcepisset: plurimiq; iterficerent: Plinii secundi q̄ iter cæteros iudices psecutor datus erat: relatu admonitus: eos hoies præter cōfessionē christi honestaq; cōuētacula: nihil cōtrariū Romanis legibus facere: fiducia sane inocētis cōfessiōis nemini mortē grauē ac formidolosā uideri: rescriptis ilico leuioribus tem-

perauit edictū. Verūtamē continuo romæ aurea domus a nerone tot priuatis publicisq̄ rebus ipensis cōdita repētino cōflagrauit incēdio: ut itelligeret missa etiā ab alio psecutio in ipsius potissime monumētis: a quo primū exorta cēt: atq̄ i ipso auctore puniri. Terræmotu. iiii. urbes asiæ subuersæ Helea: Myrma: Pythane: Cynie: & Græciæ ciuitates duæ pynthorium & orthorium. Tres Gallaciæ ciuitates eodē terræmotu dirutæ. Pantheon Romæ fulmine cōcrematū: terræmotus antiochiam pene totā subruit ciuitatem. Incredibili deinde motu sub uno tpe uideri: quasi rabie efferati p diuersas terrarum partes exarserūt: nā & p totā Libyā aduersus incolas atrocissima bella gesserūt: Quæ adeo tūc interfectis cultoribus desolata ē: ut nisi postea Hadrianus ipator collectas illuc aliūde colonias deduxisset: uacua penitus terra abrafo habitatore māsisset. Aegyptū uero totā & Cyrenē & Thebaidā cruētis seditiōibus turbauerūt. In alexātria aut cōmisso prælio uicti & attriti sunt in mesopotamia quoq̄ rebellātibus iussu ipatoris bellū illatū ē. Itaq̄ multa. M. eorū uasta cæde deleta sunt. Sane Salaminā urbē Cypri: interfectis oibus accolis deleuerūt. Traianus: ut qdē ferunt: apud Syleuciā isauriæ urbē pfluuiio uentris extinctus ē. Anno ab urbe cōdita. dccclxvii. Adrianus cōsobrinæ Traiani filius. xii. ab augusto principatum adeptus uno & .xx. annis impauit. Hic per Quadratum discipulum apostolorū & aristidem Atheniēsem uirū fide & sapiētia plenum & p serenum granium legatum libris de crastina religiōe cōpositis istructus atq̄ eruditus præcepit p epistolā ad minutium fundanium pconsulē asiæ datā ut nemini liceret christianos sine obiectu criminis: aut pbatōe dānare. Idē quoq̄ continuo pater priæ i senatu ultra morē maiore appellat: & uxor eius augusta. Andrianus rēpublicā iustissimis legibus ordinauit: bellum cōtra Sauromatas gessit: & uicit. Iudæos sane pturbatiōe sceleꝝ suorū exagitados: & palestina p uinciā quodā suā depopulantes ultima cæde pdomuit: ultusq̄ ē christianos: quos illi Cotheba duce qdē sibi aduersus Romanos nō assentarentur: excruciabant. Præcepitq̄: ne cui iudæo introeundi in Hierosolymam esset licentia: christianis tantum ciuitate permessa: quā ipse i optimum statum muroꝝ extructione reparauit: & Aeliam uocari de prænomine suo præcepit.

Quartam hic persecutionem christianorū ab antonio factam refert.

Anno ab urbe condita. dccclxxxix. Antonius cognomento Pius. xiii. ab augusto imperator creatus cum liberis suis Aurelio & lucio. xx. & non plenis tribus annis rempublicam gubernauit adeo tranquille & sancte: ut merito Pius & pater patriæ nominatus sit. Huius tamen temporibus Valentinus Hæresiarches & Credo magister Martionis Romam uenerunt. Verum Iustinus philosophus librum pro christiana religione compositum Antonio tradidit: benignumque eum erga christianos homines fecit. Antonius ad duodecimum ab urbe lapidem morbo correptus interiit. Anno ab urbe condita. dccccxi. Marcus Antonius Verus. xiiii. ab Augusto regnum cum aurelio Commodo fratre suscepit: mansitque in eo annis. xiiii. Hi primi rempublicam æquo iure tutati sunt. bellum deinde contra Parthos admirabili uirtute & scelicitate gesserunt. Annus Antonius Verus ad id bellum profectus est. Vologessus enim rex Parthorum graui eruptiōe Armeniam & cappadociam Syriamq̄ uastabat. Sed antonius p strenuissimos duces magnis rebus gestis Seleuciā assyriæ urbem sup ydaspem fluuiū sitā cū. cccc. M. hominum cepit: & cū fratre de uictoria Parthica triūphauit: ac

non multo post dū cū fratre ī uehiculo sederit: casu morbi: quē apoplexiā græci uocant: suffocatus īterit: Quo defūcto marcus antonius solus reipublicæ præfuit: sed ī diebus parthici belli p̄secutiōes christianorū. iiii. iā post neronē uice ī asia & ī gallia graues præcepto eius extiterūt: multiq; scōrū martyrio coronati sūt. Secuta ē lues plurimis īfusa p̄ uinciis. totāq; Italiā pestilētia tāta uastauit: ut passim uillæ agri atq; oppida sine cultore atq; habitatore deserta ī ruinas siluasq; cōcesserint. Exercitū uero romanorū cūctasq; legiōes p̄ lōginqua late hyberna dispositas ita cōsūptas ferūt: ut marcomānicū bellū: qđ cōtinuo exortū ē nō nisi nouo delectu militū: quē triēnio iugiter apud Carnotū marcus antonius habuit: gestū fuisse referat. Hoc qđ bellū prouidētia dei administratū eē cū plurimis argumētis: tū præcipue epistola grauiissimi ac modestissimi ip̄atoris aptissime declaratū ē. Nā cū īsurrexissēt gētes īmanitate barbaræ: multitudine innumerabiles: hoc ē marcomāni: Qualli uuādali Sarmatæ Sueui: atq; oīs pene germania: & ī Quallorū usq; fines progressus exercitus: circūuētusq; ab hostibus propter aquarū penuriā potius sitis q̄ hostis piculū sustineret ad iuocationē nominis christi quā subito magna fidei cōstātia qđā milites effusi ī preces palā fecerāt: tāta uis pluuix effusa ē: ut romanos qđem largissime ac sine iniuria refecerit: barbaros autē crebris fulminū ictibus p̄territos: præsertim cum plurimi eorū occiderent: ī fugā coegerit. Quorū terga romani usq; ad interitionē cadētes gloriosissimā uictoriā: & oibus pene antiquorū titulis præferēdam rudi paruorū militū numero: sed potētissimo christi auxilio reportarunt. Extare etiam apud plærosq; dicunt litteræ ip̄atoris antonii: ubi iuocatiōe noīs christi p̄ milites christianos & sitim illā expulsā & collatā fateat fuisse uictoriā. Idēq; ātonius Commodum filium suū assumpsit ī regnū. præteriti etiā t̄pis p̄ oēs puincias tributa donauit: oīaq; simul fiscalium negociorū calumniosa monumenta cōgesta ī foro iussit incendi. seueriusq; leges nouis constitutionibus temperauit. Postremo. in pannonia constitutus repentino morbo diem obiit.

Hinc dicitur de flagitiis & malis: quæ gessit Commodus.

ANno ab urbe cōdita. dcccc. xxx. Lucius antonius Commodus. xv. ab augusto p̄ri successit in regnum: māsitq; ī eo ānis. xiii. & aduersus germanos bellū feliciter gessit. Ceterū p̄ omnia luxuriæ: & obscenitatis dedecore deprauatus gladiatoris quoq; armis s̄pissime in ludo depugnauit: & in amphitheatro feris sese obicit frequenter: interfecit etiam q̄ plurimos senatores: maxime quos animaduertit nobilitate industriaq; excellere. Flagitia regis p̄cena urbis insequitur. Nam fulmine Capitolium ictum: ex quo facta inflammatio bibliothecam illam maiorum cura studioque compositam: adescq; alias iuxta sitas rapaci turbine concremauit. Deinde aliud incendium postea Romæ exortum: adem Vestæ & pallatium: plurimamque urbis partem solo coæquauit. Commodus cunctis incommodus in domo Vestiliani strangulatus interiisse fertur: hostis generis humani etiam uiuus iudicatus. Post hunc a senatu creatus est senex ælius pertinax. xvi. ab augusto: qui. vi. mense q̄ regnare cœperat: iuliani iurisperiti scelere in pallacio occisus est. iulianus interfecto pertinace inuasit imperium. vi. mox a Seuero apud pontem Miluium bello ciuili uictus & interfectus est mense. vii. postq̄ cœperat imperare. Ita in pertinacem & iulianum unus annus consumptus est.

Quintam persecutionem hic dicit a Seuero factam.

ANno ab urbe condita. dcccc. xliiii. Seuerus genere Apher Tripolitanus ab oppido Lepti: qui se ex nomine impatoris quē occisum ultus fuerat: pertinacē appellari uoluit. xvii. ab augusto destitutum adeptus ipiū. x. & vi. annis tenuit. Hic natura saeuus multis saepe bellis laceffitus fortissime qdē rempublicā: sed laboriosissime rexit. Pescenniū nigrū: q ab aegypto & Syria ad tyrannidē aspirauerat: apud Cyzicum uicit: & iterfecit: iudaeos & samaritas rebellare conātes ferro cōpescuit. Parthos & arabas Adiabenosq; supauit. Quinta post neronē psecutiōe christianos excruciauit: plurimiq; scōz p diuersas puincias martyrio coronati sūt. Hāc pphanā in christianos & ecclesia dei praesumptionē Seueri: caelestis ultio euestigio acta subsequē. Nā cōtinuo rapit: uel potius retrahit i galliā Seuerus e Syria ad tertiū ciuile bellū. Iā enim unū romae aduersus iulianū. aliud i Syria cōtra pesceniū gesserat: tertiū Dodiū albinus Iuliani in occidēdo pertinace socius: q se in gallia Caesarem fecerat: suscitabat: cuius bello multū utriq; romani sanguinis fusum ē. Albinus tamē apud lugdunū oppressus & iterfectus ē. Seuerus uictor i britaniā defectu pene oīum socioz trahitur: ubi magnis grauibuscq; praeliis saepe gestis receptā partē isulae a caeteris indomitis gētibus uallo distinguēdam putauit. Ita q; magnā fossam firmissimūq; uallū crebris insup turribus cōmunitū p. cxxxii. M. passuū a mari ad mare duxit. Ibiq; apud eboracū oppidū morbo obiit: relinquēs duos filios Bassianū & getam. Quoz geta hostis publicus iudicatus interiit. Bassianus uero antonii cognomine assupto regno potitus ē. Anno ab urbe cōdita. dcccc. lxxvii. Aurelius antonius bassianus idēq; Caracalla. xviii. ab augusto principatū adeptus ē: māsitq; i eo ānis nō plenis septē. Vixit uero p̄e aspior: oibus libidine intēpantior: q etiā nouercā suā Iuliā uxorē duxerit. Hic cōtra parthos bellum molliēs iter edessā & Caras ab hostibus circunuētus occisus ē. Post hunc. xviii. ab augusto ophilus macrinus: qui praefectus praetorio erat cum filio Diadumeno iuasit ipiū: sed emēso āno cōtinuo apud archelaidē militari tumultu occisus ē. Anno ab urbe cōdita. dcccc. lxx. Marcus aurelius antonius. xx. ab augusto impiū adeptus tenuit annis. iiii. Hic sacerdos heliogaballi tēpli nullā sui nisi stuproz & flagitioz totiusq; obscenitatis infamē fatis memoriā reliq; . Tumultu autē militari exorto Romae cū matre interfectus ē. Anno ab urbe cōdita. dcccc. lxxiiii. Aurelius alexāder. xxi. ab Augusto senatus ac militū uolūrate ipator creatus. xiii. annis dignus eqtatus praconio fuit: Cuius mater mamea christiana origenem presbyterum audire curauit. Nā statim expeditiōe in persas scā Xerxem regem eoz maximo bello uictor oppressit: Vlpiano usus assessore sumā sui moderatiōem reipublicae exhibuit: sed militari tumultu apud magontiacum interfectus est.

De sexta persecutione a maximino facta.

ANno ab urbe cōdita. dcccc. lxxxvii. Maximinus. xxii. ab augusto nulla senatus uoluntate ipator ab exercitu postq; bellū i germania pspere gesserat creatus psecutionem i christianos sextus a nerone exercuit. Sed continuo hoc ē tertio q regnabat āno a pupieno a gleia iterfectus: & psecutiōis & uitae finē fecit. Qui maxime ppter christianā alexādrī: cui successerat & mameae matris eius familiā psecutionē i sacerdotes & clericos: idest doctores: uel praecipue propter origenē presbyterz miserat. Anno ab urbe cōdita. dcccc. lxxxxi. Gordianus uigesimus tertius ab augusto ipator creatus est: mansitque in eo annis septem. Nam Pupienus interfector Maximini: & frater eius albinus: qui usurpauerant imperium: in pallatio mox interfecti sunt: gordianus

admodū puer in oriētem ad bellū Parthicū pfectus: sicut eutropius scribit: iam portas aperuit: quas utrū post uestasianū & titum aliquis clausit: neminem scripsisse meminimus: cum tamen eas ab ipso Vespasiano post annum aptas Cornelius tacitus pbet. Igitur gordianus iugētibz praliis aduersum Parthos prospere gestis suorum fraude haud longe a Cyrese super Euphratem interfectus est.

¶ Primum hic Philippus cum filio suo ambo christiani facti sunt.

Anno ab urbe cōdita. dcccc. lxxxvii. Philippus. xxiii. ab augusto iperator creatus Philippū filiū suū cōsortē regni fecit māsitq; i eo annis. vii. Hic primus iperatorū oīum christianus fuit: ac post tertiū imperii eius annū. M. a cōditione Romæ annus impletus ē. Ita ludis magnificis augustissimis oīum prateritorū hic natalis annus: a christiano impatore celebratus ē. Nec dubiū ē qn Philippus huius tātæ deuotionis grām & honorē ad christū & ad ecclesiā reportarit: quādo uel ascēsū fuisse ab eo capitolium imolataq; ex more hostias nullus auctor ostendit. Ambo tamen quibus diuersis locis tumultu militari & Decii fraude interfecti sunt.

¶ De septima persecutione facta a Decio.

Anno ab urbe cōdita. M. iiii. Decius civilis belli icentor & repressor: occisis philippis. xxv. ab augusto iuasit ipiū: tenuitq; annis tribus. idem cōtinuo i quo se etiam ob hoc philippos iterfecisse docuit: ad psequēdos iterficiendosq; christianos. vii. post Neronē feralia disperfit edicta: plurimosq; scōz ad coronas christi de suis cruciatibus misit. Idēq; filiū suū Cæsarem legit: cū quo simul cōtinuo i medio barbaroz sinu iterfectus ē. Anno ab urbe cōdita. M. vii. Gallus Hostilianus. xxvi. ab Augusto regnū adeptus uix duobus annis cū uolusiano filio obtinuit. Exoriet ultio uiolati nominis christiani: & quatenus ad pfligādas ecclesias edicta decii cucurrerunt: eatenus incredibiliū morboz pestes extēdit. Nā nulla fere puincia romana: nulla ciuitas: nulla domus fuit: quæ nō illa generali pestilentia correpta atq; uastata sit. Hac sola pernicie insignes Gallus & Volusianus: dū cōtra Aemilianū nouis rebus studētē bellū civile molunt: occisi sūt. æmilianus tamē tertio mēse iuasæ tyrānidis extinctus ē. Anno ab urbe cōdita. M. x. duo ipatores. xxvii. post augustū loco creati sūt: Valerianus i rhetia ab exercitu Augustus ē appellatus. Romē autē a senatu Galenus i regno ifceliciter ānis. xv. sublimatus respirāte paulisper ab illa supra solitum iugi & graui pestilentia humano generi prouocat pœnā suā obliuiosa malicia. Impietas enī flagella qdē excruciatā sēt: sed a quo flagellat: obdurata nō sēt. Et ut de supioribus taceā: facta a decio christianorū psecutiōe totū romanū ipiū pestilētia magna uexauit. Mētita ē iniqtas sibi: prauo iu pnciē suā circūuēta iudicio: pestilētia cōis casus eē accidētēq; ex morbis mortē naturæ finē eē nō pœnā. Rursus igit atq; i breui irā dei sceleratis actiōibus puocat: excepturus plagā: cuius aliquādo meminisse cogat. ¶ De octaua psecutione facta a Valeriano.

Valerianus liquidem mox: ut arripuit imperium: octaua sane Romæ psecutione adigi per tormenta christianos ad idolatriam: abnegantesq; interfici iussit fuso p omnem Romani regni latitudinem sanctorum sanguine. Valerianus ilico nefarii auctori edicti a sapore persarum rege captus iperator populi Romani ignominiosissima apud Persas seruitute consenuit: hanc infamis officii cōtinuā: donec uixit: damnationē sortitus: ut ipse accliuis regem humi seper ascensus: in equū nō manu sua:

sed dorso attolleret. Ex Galenus quidem tam claro dei iudicio territus tamque misero collegæ p̄motus exemplo: pacem ecclesiis trepida satisfactiōe restituit. Sed nō cōpensat iniuriæ ultionisq; mēsuram unius impii: quibus perpetua & supra modum abominanda captiuitas contra tot. M. excruciatam scōrū: iustorūq; sanguis ad deū clamans: in eadem sese terra ubi fusus est uindicari rogat. Non enim de solo cōstitutore præcepti iusto supplicium iudicio flagitabat: sed etiā executores: delatores: accusatores: spectatores: ac iudices: postremo qui iniustissimæ crudelitati uel tacita uolūtate assentabatur: quia deus secretorum cognitor est: & quorū maxima p̄ omnes puincias pars hominum uersabatur: eadē ultionis plaga corripī iustū erat. Soluuntur repēte undiq; p̄missu dei ad hoc circūpositæ relictæq; gētes: laxatisq; habenis i omnes Romanorū fines inuehunt. Germani alpibus Rhetia totaq; italia penetratis Rauēnam usq; pueniūt. Alemāni Gallias puagantes etiā i italiā transeunt. Græcia Macedonia pontus & asia gothorū inundatione deletur. Nam dacia trans danubium in perpetuum aufertur. Quadi & Sarmatæ Pannonias depulātur: Germani ultiores abrafa potiunt hispania. Parthi mesopotamiā auferūt: Syriāq; corradūt. Extāt adhuc p̄ diuersas prouincias i magna urbiū ruinis parua & pauperes ædes: signa miseriæ: & nominū indicia seruantes: ex quibus nos quoq; i Hispania Taraconem nostram ad cōsolationem miseriæ recentis ostendimus. Et ne quid forte romani corporis ab hac dilaceratione cessaret: cōspirāt intrinsecus tyranni: cōsurgūt bella ciuilia: funditur ubiq; plurimus sanguis Romanorū: Romanis barbarisq; sæuientibus: sed cito ira dei i misericordiam uertitur: & cœptæ ultionis maior forma q̄ p̄cena in mēsuram plenitudinis reputatur. Igitur primus Genuus: qui purpuram impii sumpserat: apud myrsam occiditur. Posthumius in gallia inuasit tyrānidem: multo quidem reipublicæ cōmodo. Nā per decem annos ingenti uirtute ac moderatione usus & dominātes hostes expulit: & pditas prouincias i pristinā faciē reformauit: seditione tamen militum interfectus est. Aemilianus apud maguntiam: cū res nouas moliret oppressus est. Post mortem posthumii Marius ibidem inuasit impium: sed cōtinuo interfectus est. Deinde uictorinus a gallis ultro creatus post paululū occisus est. Huic successit Tetricus: q̄ tūc aquitaniæ præsidatus ministrabat officium: multasq; seditiōes militū ptulit. At uero i oriente per Odenatum quēdā collecta agresti manu uicti repulsiq; persæ: defensa Syria: recepta mesopotamia est: & usq; ad Ctesiphōtem rusticani Syriæ cum odenato uincēdo uenerunt. Galenus autem cum rempublicā deseruisset: ac mediolani libidinibus iseruiret: occisus est. Anno ab urbe cōdita. M. xxv. Claudius. xxviii. uoluntate senatus sumpsit ipium. Statimq; gothos iā p̄ ānos. xv. Illyricum macedoniāq; uastates bello adortus: incredibili strage deleuit: cui a senatu clypeus aureus i curia: & in Capitolio statua æque aurea decreta est: sed cōtinuo apud Syrmium prius q̄ ipiū expleret: morbo correptus iteriit. Claudio mortuo q̄ntillius frater eius ab exercitu ipator electus uir qdē moderatiōis unicæ: & solus fratri præferēdus. xvii. ipii die interfectus est. Anno ab urbe cōdita M. xxvii. aurelianus. xxix. ipiū adeptus qnq; ānis & .vi. mēsis tenuit: uir i industria militari excellētissimus. Expeditionē i danubiū suscepta gothos magnis præliis strauit: ditio nēq; romanā antiqs terminis statuit. Inde in orientem cōuersus Zenobiam: quæ occiso odenato marito suo syriā receptā sibi uēdicabat præliū magis terrore q̄ prælio i ptatē rededit. Tertium i gallia minime sufficiētē sustinere seditiōes militū suorū: scribētēq; etiā me

eripe his inuicte malis: ac p hoc proditorē exercitus sui sine labore supauit. Sic oriētis & aquilonis receptor magna gloria triumphauit: urbē Romam muris firmioribus cinxit.

¶ De. ix. persecutione p aurelianum in christianos facta.

Quissime cū psecutionē aduersū christianos agi. ix. a nerone decerneret: fulmē ante eū magno pauore circūstātum ruit: ac nō multo post in itinere occisus est. Anno ab urbe cōdita. M. xxxii. Tacitus. xxx. adeptus impiū sexto mēse occisus in pōto ē. Post quē florianus partē regni i sortē ferens: tertio demū mēse apud Tharsum interfectus ē. Anno ab urbe cōdita. M. xxxiii. Probus. xxxi. regnum sortitus obtinuit annis. vi. & mēsis. iiii. Gallias iā dudum a barbaris occupatas p multa & graua praelia deletis tādē hostibus ad pfectum liberauit. Bella deinde ciuilia equidem plurimo sanguine duo gessit: unum i oriente: quo saturninum tyrannide subnixum oppressit & cepit: aliud: quo proculum & bonosum apud agrippinā magnis praeliis superatos interfecit. Ipse apud Syrmium i turre ferrata militari tumultu interfectus ē. Anno ab urbe cōdita. M. xxxix. Carus narbonensis. xxxii. suscepit ipium ac biennio tenuit. Qui cum filios suos carinū & numerianū cōsortes regni efficeret bello parthico: postq̄ duas nobilissimas parthorū urbes Cothē & ctesiphontem cepit: sup tigridem i castris fulmine ictus interiit. Numerianus: q̄ cum patre fuerat: rediens fraude apri soceri sui interfectus est. Anno ab urbe cōdita. M. xli. Dioclitianus. xxxiii. ab exercitu ipator electus annis uiginti fuit. Statimq; ut potestatis copiā habuit: aprum interfectorem numeriani manu sua interfecit. Carinum deinde: quem charus Cæsarem in dalmatia reliquerat: flagitiose uiuentem: difficillimo bello & maximo labore superauit. Dehinc cum in gallia amandus & Aeliandus collecta rusticanorū manu: quos Vacaudas uocabāt: pnitiosos tumultus excitauisset: Maximianū cognomēto Herculiū cæsare fecit: misitq; i gallias: q̄ facile agrestiuū hoium iperitā & cōsulā manū militari uirtute cōpescuit. Deinde carausius qdā genere qdē ifimus: sed cōsilio & manu pmpus: cū ad obseruāda oceani littora: quæ tūc franci & Saxones infestabant positus: plus i pniciē: q̄ in puectū reipublicæ ageret: erepta prædonibus prædā nulla ex parte restituēdo dominis: sed sibi soli uedicādo accēdēs suspitionē: quia ipsos quoq; hostes ad incurfandos fines artificis negligentia pmitteret: quāobrē ē a maximiano iussus occidi: purpurā sumpsit: ac britannias occupauit. Igitur p omnes romani iperii fines subitarū turbationū fragores cōcrepuerūt. Carausio rebellāte i britānia: Achilleo in ægypto: cum & africanā Quinguentiani infestarent: Narseus etiam rex persarum orientem bello premeret. Hoc periculo itaq; Dioclitianus p motus maximianū Herculum ex cæsare fecit Augustum. Constantium uero & maximianum Galerium Cæsares legit. Constantius Herculi maximiani priuignam Theodorā accepit uxore: ex qua sex filios fratres Constātini sustulit. Carausius Britānia sibi per. vii. annos fortissime uendicata ac retenta: tandem fraude allecti socii sui interfectus est. Allectus postea ereptam Carausio insulam per triennium tenuit: quem Asclepiodotus præfectus prætorio oppressit. Britanniamque post decem annos recepit. Constantius uero Cæsar in gallia primo praelio ab Alemannis profligato exercitu suo uix ipse surreptus est: secundo autem secuta est satis secunda uictoria: nam paucis horis. lx. M. alemānorū cæsa referūtur. At Maximianus augustus Quinquagētianos i Africa perdomuit. Porro autem dioclitianus achilleum obsessum p octo mēses apud alexan-

ariam cepit & interfecit. Sed imoderata uictoria usus Alexandriam direptioni dedit. Aegyptum totam proscriptiōibus cædibus foedauit. Præterea Galerius Maximianus eū duobus iam præliis aduersum Narseū cōflixisset: tertio inter Gallienicū & Caras congressus & uictus amissis copiis ad Dioclitianum refugit. A quo arrogatissime exceptus est: ita ut per aliquot. M. passuum purpuratus ante uehiculum eius cucurrisset referatur. Verūtamē hac contumelia quasi cote usus est ad uirtutem, per quā detrita regii fastus rubigine: aciem mentis expedit. Itaq; mox per Illyricum & Mæsiam undiq; copias cōtraxit: raptimq; in hostem reuersus Narseum magnis cōsiliis ac uiribus superauit. Extinctisq; Persarum copiis: ipsoq; Narseo in fugam acto: castra eius inuasit. uxores: sorores: liberosq; cepit: immēsam uim gazæ Persicæ diripuit. captiuos q̄ plurimos Persarū nobiliū abduxit. Reuersus in Mesopotamiā a Dioclitiano plurimo honore susceptus ē. Postea per eisdem duces strenue aduersus Carpos Basternasq; pugnatū est. Sarmatas deinde uicerūt. quorum copiosissimam captiuam multitudinem per romanorum finium disperferunt præsidia.

Dioclitiani p̄secutio. x. loco post Neronem refert̄.

Interea Dioclitianus in oriente. Maximianus Herculus in occidente uastari ecclesias. affligi interficiq; christianos decimo post Neronem loco præceperunt: quæ persecutio omnibus fere ante actis diuturnior atq; imanior fuit. Nā per decem annos incendiis ecclesiarum. p̄scriptionibus innocentiū. cædibus martyrum incessabiliter acta est. Sequit̄ terræmotus in Syria: ex quo apud Tyrum & Sidonē passim labentibus tectis: multa. M. hominum prostrata sunt. Secundo persecutionis anno Dioclitianus ab inuito exegit Maximiano: ut simul purpurā iperiuq; deponerent: ac iunioribus in rempublicā substitutis ipsi in priuato ocio consenescerent. Itaq; sub una die Dioclitianus apud Nicomediam. Maximianus apud mediolanū potestatem imperii simul cultumq; posuerunt. Galerius & Cōstantius augusti primū Romanū imperium in duas partes determinauerunt. Galerius Maximianus Illyricum Asyā & orientem. Constantius Italiam Aphricam & Gallias obtinuit. Sed Cōstantius uir trāquillissimus Gallia tantum Hispaniaq; contentus. Gallerio in cæteris partibus cessit. Galerius duos cæsares legit: Maximum: quem in oriente constituit: & Seuerum cui permisit Italiā: ipse in Illyrico constitutus. Constantius uero augustus summæ mansuetudinis & ciuilitatis in Britannia mortem obiit: q̄ Constantinum filium ex concubina Helena creatū imperatorem Galliarū reliquit. Anno ab urbe condita. M. lxi. Constantinus. xxxiiii. gubernacula imperii a Constantio patre suscepit: quæ uno & xxx. annis foelicissime tenuit. Occurritur mihi subito & tripudiis quibusdam insultatur: Eia inquit. tandē in foueas nostras diu expectate uenisti. Hic te decursurum opperiebamur. hic delapsus opprimimus. hic confusum tenemus: Sustinuimus te hæctenus artificiose quodam modo & calide fortuitas temporum mutationes christianorum ultionibus coaptantem. Interdum quidem uerisimilium specie permoti: utpote homines ignari diuinorum secretorum timore palluimus: sed nūc euacuauit Maximianus noster omnem scenam fabulæ tuæ: nostræque religionis antiquatæ columna inexpugnabilis fulsit. Per annos decem euersæ sunt ecclesiæ uestræ: ut tu fateris. dilacerati cruciatibus. exinaniti mortibus toto orbe christiani. Tenemus euidentis testimonium tuum. nullam superiorem persecutionem adeo uel grauem uel diuturnam fuisse. Et tamen ecce inter tranquillissima temporū bo

na ipsorum quoque imperatorum: qui ista fecerunt inusitata felicitas: nulla domi fames, nulla pestilentia: nullum foris bellum nisi uoluntarium: quo exerceri uires non periclitari queat. Res preterea humano generi hucusque incognita: multorum simul regum patiens consortium: & magna concordia. potestasque communis. alias nunquam nisi nunc in comune prospiciens. deinde etiam quod absque ulla hactenus mortalium noticia est: imperatores illi maximi quippe & persecutores honore deposito & assumpta gete priuati: quod beatissimum homines & sumum bonum uitae bonae iudicant. & hoc tunc uelut praemii loco auctores persecutiois adepti sunt: quando accensa persecutio medio sui tempore toto orbe sauebat. An etiam hanc beatitudinem illis temporibus poenaliter accidisse asseris: & nos hinc quoque terrere moliris: quibus humiliter respondere: me plurima cura pietatis accinctum comonere de ueris. non terrere de falsis: Decem persecutioes a Nerone usque ad Maximianum ecclesia christi passa est. Noue ut ego dixi ultiones: ut ipsi non negant calamitatesque e uestigiis consecutae sunt. nec in uerbo premor: uerum debita ultiones: an fortuitae permutatioes fuisse uideatur: quae tamen meo suoque testimonio clades fuerunt. In decima haesitatum putant miseri & caeci non uidentes tanto eam ipsis fuisse grauiorem: quanto minus intellecta est. Impius enim flagellatur: & non sentit: quod cum expositum fuerit: inuiti licet propter ipsam rerum fidem fatebuntur: quia ex illa Maximianae persecutionis maxima punitione ista sunt uulnera: quibus etiam nunc isti dolent & intantum dolent. ut etiam clamet: nosque ad reclamandum laceflant sollicitos fieri: qualiter conticescant. In primo libello expositum a nobis est: Pompeium Trogum & Cornelium tacitum commemorasse non plene quidem: nostrum uero Moysen etiam ipsorum testimonio fidelem fideliter sufficienterque dixisse: Aegyptios & regem eorum cum populum dei seruire intentum & paratum deo suo impediendae deuotionis instinctu: ad lurum paleasque reuocaret. x. acerbissimis plagis fuisse uexatos. Deinde uolentia malorum edomitos non solum coegisse festinantem. sed etiam propriis suis argenteis & aureis uasis accumulauisse. Post uero oblitos plagae suae & cupidos praedae in debita: inuidos etiam religionis alienae dum innocetes auide persequuntur: mari rubro ultimo receptos omnes fuditus interisse. Quod ego nunc refero ac renuncio. & si forte fide non acceptatum: exitu tamen probandum: quia haec in figuram nostri facta sunt.

Hic dicitur quod populus dei cum in Aegypto affligitur decem plagis percussa est Aegypto & populus christianus dum x. persecutioibus romanis affligitur. x. plagas acceperunt. **T**erque populus unius dei est. una populi utriusque causa. Subdita fuit Israelitarum synagoga Aegyptiis: subdita est christianorum ecclesia Romanis. Persecuti sunt Aegyptii hebraeos. persecuti sunt Romani christianos. Decem ibi contradictiones aduersus Moysen. hic decem edicta aduersus christum. Diuersae ibi plagae Aegyptiorum. diuersae hic calamitates romanorum. Nam ut etiam inter ipsas se plagas in quantum tamen figura formae comparari potest conferantur: ibi prima habuit correptio sanguinem uulgo uel manasse de puteis uel in fluminibus cucurrisse. hic prima sub Nerone exegit plaga: ut ubique morientium sanguis uel morbis in urbe correptus: uel bellis in orbe profusus esset. Ibi sequens plaga prodidit perstreptentes: persultantesque in penetralibus ranas inediae propemodum causam habitatoribus atque exilii fuisse. Hic sequens sub Domitiano poena similiter ostendit satellitum militumque eius improbis effrenatisque discursibus crudelissimi iussa principis exequentium ad inopiam per omnes ciues romanos adactos exilioque dispersos. Ibi tertia uexatio

habuit scinifices musculas scilicet paruissimas ac saeuissimas: quæ medijs saepe æstibus per loca squalida se coadunando & uibrando densata: nonullo uolatu allabi solent capillisq; hominũ ac pecudũ fetis cum urente morſu iterſeri. hic itidẽ tertia sub Traiano plaga Iudæos excitauit: qui cum antea ubiq; dispersi ita: iam quasi non essent: q̄ſcerent: repente omnes calore permoti in ipsos: inter quos erant: toto orbe saeuierunt absq; magnis multarũ urbium ruinis: quas crebri terræmotus iisdem temporibus subruerunt: Ibi in quarta plaga muscæ caninæ fuerunt: reuera alumnæ putredinis uermiũq; matres. hic itidem quarta sub Marco Antonio plaga lues plurimis infusa puincijs Italiã quoq; cũ urbe Roma uniuersa exercitũq; Romanũ p̄ longinquos limites & diuersa hyberna dispersum i mortẽ dissolutum putredine simul ac uermibus dedit. Ibi quita correptio pecorũ ac iumentorũ repentino iteritu expleta est. Hic similiter quinta ultione sub persecutore Seuero creberrimis ciuilibus bellis ppria uiscera & adiumenta reipublicæ: hoc est plæbs puinciæ & legiones militum cõminutæ sunt. Ibi sexta uexatio intulit uelicas effervescentes ulceraq; manantia. hic æque sexta punitio: quæ post Maximini p̄secutionem fuit. q̄ specialiter episcopos clericos omiſſa turba populari. hoc est ecclesiæ primates trucidari iperauerat: itumescens crebro ira atq; iuidia nõ p̄ uulgi cædem: sed per uulnera morteq; p̄cipum ac potentiũ exaltata est. Ibi septima plaga numerat̄ coacto aere grandio p̄fusa quæ hominibus iumentisq; ac satis exitio fuit. hic similiter. vii. plaga sub Gallo & Volusiano: q̄ persecutori Decio mox iterfecto successerant plaga extitit corrupto aere pestis ifusa: quæ per omnia Romani regni ab oriente i occidentem spatia cum omne propemodum genus hominũ & pecudum neci dedit: tum etiã corrupit lacus ifecit pabula tabo. Ibi octauã Aegypti contritionem fecere excitatæ undiq; locustæ tenentes ac terentes tegentesq; omnia. hic. viii. æque subuersionem Romani orbis excitatæ undiq; itulere gẽtes: quæ cædibus atq; icẽdijs cũctas puicias deleuerũt. Ibi nona turbatio diuturnas & crassas ac pene tractabiles tenebras habuit: plus omnino periculi cõminata q̄ fecit. hic itidem. ix. correptio fuit: cum Aureliano p̄secutionẽ decernenti diris turbibus terribile ac triste fulmen sub ipsius pedibus ruit: ostendens: quid cũ ultio talis exigere: tantus posset ultor: nisi & clemens esset & patiens: quãq; itra sex abhinc menses succidui tres iperatores: hoc est Aurelianus Tacitus & Florianus diuersis causis iterfecti sunt. Ibi postremo. x. plaga: quæ & nouissima omniũ fuit. iterfectio filiorũ: quos primos quippe genuerant. hic nihilominus. x. idest nouissima pœna omnium idolorũ perditio est: quæ primitus facta in primis amabant. Ibi rex potentiam dei sensit. probauit. & timuit. ac per hoc populum dei liberum abire permisit. ibi nunq̄ populus dei postea ad seruitutem retractus. hic nunq̄ populus dei ad idolatriam coactus est. Ibi Aegyptiorum uasa preciosa Hebræis tradita sunt. hic in ecclesias christianorum p̄cipua paganorum templa cesserunt. Sane illud ut dixi denunciandum puto q̄a sicut Aegypti is post has. x. plagas dimissos Hebræos persequi molientibus irrui per supinductũ mare æterna perditio: ita & nos libere qdẽ peregrinantes superuentura quandoq; persecutio gentiliũ manet: donec mare rubrũ hoc ẽ ignem iudicii ipso domino nostro iesu christo duce & iudice transcamus. Hi uero in quos Aegyptiorũ forma transfundit̄: ad tempus potestate permiffa saeuientes grauissimis qdẽ permiffu dei christianos cruciatibus persequunt̄: Verũtamẽ iudẽ omnes inimici christi cũ rege suo antichristo accepto signo

ignis eterni: in quē magna impediēte caligine dū nō uideēt intrāt: perpetuā perditionē immortalibus arsuris suppliciiis sortiētur. Igitur mortuo: ut dixi: Cōstantino in Britannia Constantinus imperator ē creatus primus imperatorum christianus: excepto Philippo: qui christianus annis admodū paucissimis ad hoc tantū cōstitutus fuisse mihi uisus est ut. M. Romæ ānus christo potius: q̄ idolis dicaretur. A cōstantino autē sēper oēs christiani imperatores usq̄ in hodiernū diē creati sunt: excepto Iuliano: quē ipia ut aiūt machinantē: exitialis uita deseruit. Hæc est lēta illorū paganorū pœna: sed certa. Hinc sani īsanīūt. hinc non uulnerati cōpūguntur. hinc ridētes gemūt. hinc uiuētes deficiunt. hinc secreto excruciat̄ur: quos nemo persequitur. hinc iā paucissimi remāserunt: qui nunq̄ aliquo persequēte puniti sūt. Verūtāmē qualis tunc persecutores illos: de quorū impunitate non solū gloriari: sed etiā insultare conātur: finis mansit: expediā. Cōstantino in gallis strenuissime rē. p. procurāte prætoriani milites Romæ Maxentiū filiū Herculi: qui priuatus in Lucania morabatur: augustū nūcupauerunt. Maximianus Hercules iam ex augusto priuatus: et adhuc publicus persecutor occasione filii sollicitatus: qui imperium abiecerat: arripuit tyrānidē. Galerius augustus seuerū Cæsare aduersus Maxentiū Romā mittit cū exercitu. Seuerus cū urbē obsideret militū suorū scelere desertus & proditus atq̄ ex eo fugiēs Rauennæ interfectus ē. Hercules persecutor & ex augusto tyrānus cōfirmatū iā i imperio filiū ueste ac potestate regia spoliare conatus ē. Cōuiciis autem ac tumultibus militū palā conterritus in galliā prouectus ē: ut Cōstantino genero atq̄ dolis iūctus auferret imperiū. sed per filiā deprehēsus et proditus: deinde i fugā uersus Massiliæ oppressus & interfectus ē. Porro Galerius occiso Seuero Lyciniū iperatore creauit. Cūq̄ persecutionē a Dioclitiano & Maximiano missā ipse atrocioribus edictis accumulauisset: ac postq̄ per annos. x. omni genere hoīum exhausit prouincias: putrefacto introrsū pectore: & uitalibus dissolutis: cū ultra horrorē humanæ miseræ etiā uermes eructaret: mediciq̄ ultra iā fetorē nō ferentes crebro iussu eius occiderentur: a quodā medico cōstatiā ex desperatione sumēte increpitus iram dei eē pœnā suā: atq̄ a medicis ideo nō posse curari edictis late missis christianos de exiliis reuocauit. Ipse autē cruciatus nō sustinēs uim uitæ suæ attulit. Ita tūc respublica sub nouis. iiii. principibus fuit. Cōstantino & Maxentio filiis augustorū: Lycinio autē & Maximino hoibus nouis. Cōstantinus pacē ecclesiis post. x. annos: quæ a persecutoribus uexabātur: idulsit. Deinde inter Cōstantinū & Maxentiū bellū ciuile exortū est. Maxentius sæpe multis præliis fatigatus ad potē Miluiū ultimo uictus & interfectus ē. Maximinus persecutionis christianorū incētor: executorq̄ īfestissimus apud Tharsū: dū ciuile bellū cōtra lyciniū disponit: iteriit. Lycinius repētina rabie suscitatus oēs christianos e palatio suo iussit expelli. Mox bellū inter Lyciniū ipsū & Cōstantinū efferbuit. Sed constatinus lyciniū sororis suæ uirū i pānonia priuū uicit. deinde apud Ciualas oppressit. Vniuersa græcia potitus Lyciniū crebris bellis terra mariq̄ assurgētē et repressū: tādē ad deditiōē coegit. sed Herculi maximiani soceri sui motus exemplo: ne iteq̄ depositā purpurā in perniciē rei. p. sumeret: priuatū iussit occidi: cū oibus iā ministris nefariæ persecutiōis extinctis: hūc quoq̄ iquātū exercere potuit: persecutionē digna punitio flagitaret: Cōstantini filii Crispus & Constātinus & lycinius adolescēs lycinii Augusti filius: Cōstantini autē ex sorore nepos cæsares sunt creati. His diebus Arrius Alexandrinæ urbis presbyter a ueritate fidei catholicæ deuians:

exitiale plurimis dogma constituit. Qui primū simul ut Alexandria uel notus uel notatus iter cōfusus uulgo sectatores isectatoresq; factus ē: ab Alexandro eiusdē urbis tunc episcopo pulsus ecclesia ē. Cumq; hoies: quos in errore seduxerat etiā i seditionē excitaret apud Niceā urbem Bithyniā cōuentus. cccxviii. episcopoz factus ē: p quos Arrianū: dogma exitiale & miserū est euidentissime deprehensū palā pditū ac reprobātū ē. Sed iter hæc latent causæ: cur uindicē gladiū & destinātā in ipios punitionē Cōstātinus iperator etiā i pprios egit affectus. Nā Crispū filiū suū & Lyciniū filiū sororis suæ interfecit. Præterea multas gētes diuersis præliis subegit. Urbē noie suo Romanoz regum uel primus uel solus istituit: Quæ sola expers idolorū ad hoc breuissimo tēpore cōdita a christiano ipatore puecta est: ut sola Romæ tot sæculis miserisq; puecta: forma & potētia merito possit æquari. Tum deide primus Cōstātinus iusto ordine & pio uicē uertit edicto: si quidem statuit citra ulla hominum cædem paganorum templa claudi.

Hic Constantinus imperator iubet templa claudi.

D Ox Gothoz fortissimas & copiosissimas gentes in ipso barbarici soli sinu: hoc ē in Sarmatarū regione deleuit. Calocherū quēdā i Cypro aspirātē nouis rebus oppressit. tricēnalibus suis Dalmatiū cæsare legit. Cūq; bellū i Persas molliret i uilla publica iuxta Nicomediā: dispositā bene rēpublicā filiis tradens: diē obiit. Anno ab urbe cōdita. M. lxxxii. Cōstātinus. xxxv. cū Cōstantino & Cōstante fratribus suis adeptus iperiū. xxiiii. ānis tenuit. Fuit aut iter successores Cōstantini & Dalmatius cæsar fratris filius. sed cōtinuo militari factione decerptus ē. Interea maligna sem p aduersus deū uerū isectatio diaboli: quæ ab initio mūdi usq; ad nunc a sincero tramite fidei religionisq; ifusis errorū nebulis lubrica hominū corda pturbat: postq; christianis ipatoribus summā regie potestatis i meliora uertentibus ecclesiā christi zelo idolatriæ pseq; destitit: aliud machinamentū: quo per eosdē christianos ipatores christi ecclesiā uexaret: iuenit. Fit igit Arrio noui erroris auctori cæterisq; discipulis ipsius ad familiaritatē Cōstantii i peratoris pmptus aditus & facilis uia. suadet Cōstātio: ut quosdā i deo gradus credat. & q pianuā ab errore idolatriæ fuerat egressus: reuersus in sinū eiusdē i deo deos quærit & tanq per pseudotyꝝ iduciē. Peruerso igit zelo potestas armaē illusa. & sub noie pietatis uis psecutionis agitat. De noui nois electione cōtendiē: ut Arrianoz potius ecclesiæ q catholicoz sint. Sequit terræmotus horribilis: q plurimas oriētis urbes solo strauit. Cōstantius dū Cōstantē fratrem bello isectaē: incauta petulātia periculis sese offerens a ducibus eius occisus ē Cōstans aduersus Persas & saporē: q Mesopotamiā uastauerat nouē præliis paz pspere decertauit. Seditione nouissime atq; imperantia militū nocte adoriri pugnā coactus: patratā pene uictoriā isuper uictus amisit. Postq se Cōstans intolerādis uitis dedisset: ac pœna puincialiū fauorē militum cōpararet: Magnētii dolis i opido cui Helena nomē ē i pximo hispaniæ iterfectus ē. Magnentius enī apud Augustudunū arripuit iperiū: quod cōtinuo p Galliā & Aphricā Italiāq; porrexit. In Illyrico aut ueteranionē ætate grādæuum iperatore sibi milites creauerunt: uisq; natura simplicē: cunctisq; iocundū: sed q ne prima qdem unq litterarū elementa didicisset. Itaq; cū primas litteras: litterarūq; syllabas iperator senex iterdū inuitus meditaret: a Cōstantio: q tunc in magnētii ultione fratris accēsus bellū parabat: deponere iussus: iperiū abiiciens cū litteris purpuras: cōtētusq; priuatis feriis: palatium simul scholamq; dimisit. Nepotianus deinde

Romæ Constantini sororis filius: gladiatorum manu fretus inuasit imperium: qui deinde cum improbus ac per hoc inuisus cunctis esset: a Magnentianis ducibus oppressus est. Sequitur bellum illud horribile inter Constantium Magnentiumque apud Nursiam urbem gestum: in quo multa romanorum uirium profligatio etiam in posterum nocuit. Magnentius tamen uictus au fugit: ac non multo post apud Lugdunum propria se manu interfecit. Decentius quoque frater eius de: quem caesarem gallis praefecerat: apud Senonas laqueo uitam finiuit. Constantius continuo Gallum patrum filium caesarem legit: quem rursus crudeliter ac tyrannice agere paulo post creauerat: occidit. Siluanum quoque per gallias rebus nouis inhiante mature circumueniendum opprimendumque curauit. Igitur siluano interfecto Iulianum patrum suum Galli fratrem caesarem creatum misit ad Gallias. Itaque Iulianus caesarem euersas oppressasque ab hostibus gallias strenuissime integrum restituit. Alemanorum paruis copiis magnam multitudinem fudit. Rheno germanos reuinxit. His elatus successibus fastigium usurpauit Augusti & mox italiam illiricumque peruadens Constantium Parthicis praeliis occupatum regni parte priuauit. Constantius Iuliani scelere coperto: dimissa expeditione Parthorum dum ad civile bellum reuertitur: in itinere inter ciliciam capadociamque defunctus est. Ita ille qui discissa pace & unitate fidei catholicae christianos aduersus christianos armis ciuili: ut ita dicam: bello ecclesiae membra dilacerauerat: totum inquietum tempus imperii sui molestumque spatium uitae suae bellis ciuilibus etiam per propinquos & consanguineos excitationis exercuit. exegit: expedit. Anno ab urbe condita. M. c. xvi. Iulianus iam dudum Caesar: post autem. xxxvi. ab Augusto regno potitus anno uno & mensibus octo imperii summam solus obtinuit. christianam religionem arte potius quam potestate insectatus: ut negaretur fides christi & idolorum cultus susciperetur: honoribus magis prouocare: quam tormentis cogere studuit. Aperto tamen praecipit edicto nequis christianus docendorum liberalium studiorum professor esset. Sed tamen sicut a maioribus nostris copertum habemus: omnes ubique propemodum praecipiti conditiones amplexati: officium: quam fide deserere maluerunt. Iulianus autem bellum aduersus parthos parans cum romanis uires contractas undique ad destinata secum retraheret perditionem: christianorum sanguinem diis suis uouit: palam persecuturus ecclesias si uictoriam potuisset adipisci. Nam & amphitheatrum Hierosolymis extrui iussit: in quo reuersus a parthis episcopos: monachos: omnesque eius loci sanctos bestiis etiam arte sauioribus obiceret. spectaretque laniandos. Itaque postquam a Ctesiphonte castra mouit: dolo cuiusdam transfugae in deserta perductus: cum uisitis & ardore solis atque insuper labore harenarum confectus periret exercitus: imperator tanto rerum periculo anxius: dum per uasta deserti incautius euagatur: ab obuiis quodam hostium equite cuncto ictus interiit. Sic misericors deus impia consilia impii morte dissoluit. Anno ab urbe condita. M. lxxxvii. Iouinianus xxxvii. imperator in summo rerum discrimine ab exercitu creatus: cum & locorum iniquitate captus & hostibus circumseptus nullam euadendi facultatem nancisceretur: foedus cum sapore rege Persarum: & si parum putant dignum: satis tamen necessarium pepigit: quippe ut tutum & incolumen romanum exercitum non solum ab incursum hostium uerum etiam a locorum periculo liberaret. Nisibis oppidum & partem superioris Mesopotamiae Persis concessit. Inde dum Illyricum rediens per Galatiam iter agit cum in cubiculum quoddam nouum sese cubitum recepisset calore prunarum & nitore parietum nuper calce illitorum aggrauatus & suffocatus octauo demum mense quam imperare coeperat: uitam finiuit. Anno ab urbe condita. M. lxxxviii. Va-

Valentinianus. xxxviii. apud Niceā cōsensu militū īpator creatus ē. mā sitq; in eo ānis. xi. q; cū christianus integra fide sacramētū militiæ gereret: & sub Iuliano Augusto tribunus scutariorū iussus ab impatore sacrilego aut imolare idolis: aut militia excedere. fideliter sciens & grauiora dei esse iudicia & meliora pmissa: spōte discessit: ita parua īteriecta mora: Iuliano īterfecto: ac mox Iouiniano mortuo: q; pro christi nomine amiserat tribunatum: retribuente christo in locum psecutoris sui accepit īperiū: q; postea fratrem suū Valēntē participē fecit īperii. & p̄copiū tyrānū pluresq; postea satellites eius occidit. terramotus p̄ totū terrarū orbē factus ita turbatū quoq; pelagus excussit ut p̄ uicinas terrarū cāpestriū partes refuso mari plurimæ īsularū urbes cōcussæ & subrutæ perisse referant. Valens ab Eudoxio episcopo Arriani dogmatis assertore & baptizatus & p̄suasusī s̄auissimā h̄eresim declinauit. sed malignā īsecutionē diu texit. nec uoluntati potestātē admiscuit: quoad uiuētis fratris auctoritate cōpressus ē. Cōtēplabat̄. n. de eo quātā uim ī ulciscenda fide īpator posset exercere: q; tātā cōstātiā pro retinenda quōdā miles habuisset. Hōrū āno īperii tertio Gratianus Valentiniani filius īpator est factus. Eodē anno apud Atrebatas uera lana de nubibus pluuiæ mixta defluxit. Præterea Athanaricus rex Gothorū christianos gente sua crudelissime p̄secutus plurimos barbarorū ob fidem īterfectos ad coronā martyrii sublimauit: quorū tamen plurimi in romanū solū nō trepidi uelut ad hostes sed certi: quod ad fratres pro christi cōfessione fugerent. Valentinianus Saxonū gentem in oceani littoribus & paludibus inuisitā uirtute atque agilitate terribilem periculosam romanis finibus: eruptionem magna mole meditantem in ipsis Francorum finibus oppressit. Burgundionum quoq; nouorum hostiū nouum nomē q; plus q̄. lxxx. M. ut ferūt armatorū ripæ rheni fluminis īfederunt: hos quōdā subacta īteriore Germania a Druso & Tiberio adoptiuis filiis Cæsaris Augusti p̄ castra dispositos aiunt ī magnā coaluisse gentē: atq; ita etiā nomē ex opere præsupsisse: q; crebra per limitē habitacula cōstituta burgos uulgo uocant: eorūq; esse præualidā & p̄nitiosā manum: Galliarū hodie quæ testes sunt: ī q̄bus præsupsa possessione cōsistunt quibus p̄ uidentia dei omnes christiani modo facti catholica fide: nostrisq; clericis q̄bus obedirent receptis blande māsuete īnocenterq; uiuant: nō quasi cū subiectis Gallis: sed uere cū fratribus christianis. Anno aut. xi. īperii sui Valentinianus cū Sarmatarū gentes sese p̄ Pannonias diffudissent: easq; uastarent: bellū ī eos parans: apud Brigitionē oppidū subita effusione sanguinis quod græce apoplexis uocat̄: suffocatus & mortuus ē. Post quē Gratianus filius eius occidētis īperiū tenuit: Valente patruo in orientis partibus constituto. Valentinianum etiam fratrem suum paruum admodum socium creauit imperii. Anno ab utbe condita. M. c. xxviii. Valens. xxxix. imperium. iiii. annis Valentiniano mortuo tenuit: qui solus cum impie ageret: & posset erubescere: ilico ueluti effrenata liber audacia legē dedit: ut monachi. i. christiani: q; ad unū fidei opus dimissa s̄culariū regū multimoda actione se redegerāt: ad militiā cogerent̄. Vastas illas tunc Aegypti solitudines: harenaq; diffusas: quas p̄pter siti ac sterilitatē piculosissimāq; serpentū abundantiam cōuersatio humana nō nosset: magna habitantiū monachorū multitudo cōpleuerat. Hic tribuni & milites missi: q; factos ac ueros milites dei alio nomine p̄secutionis abstraherēt: īterfecerūt ibi agmina multa scōrū. quæ aut p̄ diuersas ubiq; puincias his similibusq; iussis aduersus ecclesias catholicas & rectæ fidei populos gesta sunt: satis significatū ipsa reti

cendi electione sufficiat. Interea in Aphricæ partibus Firmus sese excitatis Maurorū
 gentibus regē cōstituēs: Aphricā mauritaniāq; uastauit. Cæsareā urbem nobilissimam
 Mauritanix dolo captā: deinde cædibus incēdiisq; cōpletā barbaris in prædā dedit. Igitur
 comes Theodosius Theodosii qui post iperio præfuit: pater a Valēte missus effusas mau-
 rorū gētes multis præliis fregit: ipsūq; firmū afflictū & oppressū coegit ad mortē. Post
 cū experientissima puidētia rotā cū Mauritania Aphricā meliorē pristinis legibus red-
 didisset: i stimulante & obrepēte inuidia iussus interfici: apud Carthaginē baptizari in re-
 missione peccatorū præoptauit. At postq̄ sacramētū christi quod quaesierat assecutus ē:
 post gloriosā sæculi uitā: etiā de uitæ æternitate securus percussori iugulū ultro præbuit.
 Gratianus interea imperator admodū iuuenis cū inæstimabile multitudinē hostiū Ro-
 manis infusā finibus cerneret: fretus christi potentia lōge impar militū numero sese i ho-
 stē dedit: & cōtinuo apud Argētariā oppidū galiarū formidolosissimū bellū incredibili
 fœlicitate cōfecit. Nā plus q̄. xxx. M. Alemanorū minimo romanorū detrimento in eo
 prælio interfecta narrāt. Tertio. x. autē anno imperii Valētis: hoc ē paruo tēpore postea
 q̄ Valēs per totū oriētē ecclesiarū laceratiōes sãctorūq; cædes egerat radix illa miseriæ
 nostrarū copiosissimos simul frutices germinauit. Siquidē genus Hunnorū diu inaccessi-
 sis seclusa mōtibus repētina rabie percita exarsit in Gothos. eosq; sparsim conturbatos ab
 antiquis sedibus expulit. Gothi trãsito Danubio fugiētes a Valēte sine ulla fœderis pacti-
 one suscepti: ne arma quidē quo tutius barbaris crederet: tradidere romanis. Deinde pro-
 pter intolerabilem auaritiā maximi ducis fame & iniuriis adacti in arma surgētes: uicto
 ualētis exercitu per Thraciā sese miscētes simul oīa cædibus: incēdiis: rapinisq; fuderūt.
 Valēs egressus de Antiochia: cū ultima infœlicis belli sorte tra heretur: sera peccati maxi-
 ma pœnitētia stimulatus episcopos ceterosq; sãctos reuocari de bellis iperauit. Itaq; xv
 iperū sui anno lachrymabile illud bellū in Thracia cū Gothis iã tūc exercitatiōe uiriū re-
 rūq; abūdātia instructissimis gessit. ubi primo statim impetu gothorū pturbatæ roma-
 norū equitū turmæ nuda peditū deseruere præsidia. Mox legiones peditū undiq; eq̄tatu
 hostiū cinctæ: ac primū nubibus sagittarū obrutæ: deinde cū amētes metu sparsim p de-
 uia cogent: sūdītus cæsæ gladiis insequētū: cōrisq; perierūt. Ipse imperator cum sagit-
 ta saucius uersusq; in fugā ægre in cuiusdā uillulæ casā deportatus lateret: ab insequētibus
 hostibus deprehēsus: subiecto igne cōsūptus ē: & quo magis testimoniū punitiōis eius
 & diuinæ indignatiōis terribili posteris eēt exēplo: cōmuni caruit sepultura. Cōsoletur
 se & i hoc peruicacia miseriæq; gētiliū: quia tēporibus & regibus christianis tantæ simul
 cōgestæ clades præstā rei. p. onerauere ceruicē. euerisæ puiciæ: deletus exercitus: impera-
 tor icēsus. Magnū re uera hoc ē ad nostrū dolorē magisq; miserū quo magis nouū. Sed
 qd hoc ad cōsolationē pficit paganorū: q̄ palā præuidēt & in his quoq; psecutorē ecclesi-
 arū fuisse punitū. Vnus deus unā fidē tradidit. unā ecclesiā toto orbe diffudit. hãc aspi-
 cit. hãc diligit. hãc defēdit. Quolibet se quisq; nomine tegat: si huic nō sociat̄ alienus. si
 hãc ipugnat inimicus ē. Cōsolēt se gētiles inq̄tū uolūt iudæorū hæreticorūq; suppliciis tã-
 tū et unū deū eē: et eūdē psonæ acceptorē nō eē: uel ex hac potissimū ualētis extincti pba-
 tiōe fateāt. Gothi ãtea p legatos supplices poposcerūt: ut illis episcopi. a qbus christi-
 anæ fidei regulā discerēt: mitterēt: Valēs ipator exitiabili prauitate detētus doctores Arriani
 dogmatis misit. Gothi primæ fidei rudimētū qd accepe tenuerūt. Valēs catholice fidei

normā: quā prius habuerat dereliquēs. puerſo Arrianorū dogmati ſeſe illexit. Itaq; iuſto dei iudicio ipſi cū uiuum icenderūt: q; ppter eū etiā mortui uitio erroris arſuri ſunt. Anno ab urbe cōdita. M. c. xxxii. Gratianus. xl. ab Auguſto poſt mortē Valētis ſex annis iperū tenuit: quū iam dudū antea cū patruo Valēte & cū Valentiniano fratre regnaret q; cū afflictū ac pene collapſū rei. p. ſtatū uideret: eadē puiſione qua quōdā legerat Nerua Hispanū uirū Traianū: p. quē reſpublica reparata eſt: legit & ipſe Theodoſiū æque Hispanū uirū: & reſtituēdæ rei. p. neceſſitate apud Syrmū purpuram iduit. orientiſq; & Thraciæ ſimul præfecit iperio hoc pfectiore iudicio: q; cū i oibus humanæ uitæ uirtutibus iſte par fuerit: i fidei ſacramēto religiōiſq; cultu ſine ulla cōpatione præceſſit. ſiqdē ille pſecutor. hic ppagator eccleſiæ. Ita illi ne unus qdē pprius filius. quo ſucceſſore gauderet: idultus ē. huius autem orienti ſimul atque occidenti per ſucciduas uſque ad nunc generationes glorioſa propagatio dominatur.

Creatus imperator Theodoſius a Gratiano Cōſtantinopolim itrauit uictor.

ITaq; Theodoſius afflictā rem. p. ira dei: reparādā credidit miſericordia illius omnēq; fiduciā ſui ad opē chriſti cōferēs maximas illas Scythicas gentes formidataſq; cunctis maioribus: Alexandro quoq; illi magno: ſicut Pōpceius Corneliuſq; teſtati ſunt: euitatas: nūc aut exticto romano exercitu: Romanis eqs armisq; inſtructiſſimas: hoc ē Alanos. Hūnos: & Gothos incūctanter aggreſſus magnis multiſq; præliis uicit. Urbē cōſtātinopoli uictor itrauit: & ne paruā romani exercitus manū aſſidue bellādo detereret: ſcēdus cū Athanarico Gothorū rege pcuſſit. Athanaricus aut cōtinuo ut cōſtātinopoli uenit: diē obiit. Vniuerſæ gothorū gētes rege defūcto aſpiciētes uirtutē benignitatēq; Theodoſii romano ſeſe ipſo dediderūt. In his etiā diebus Perſæ. q; Iuliano interfecto aliisq; iperatoribus ſæpe uictis: nūc etiā Valēte i fugā acto recētiffime uictoriæ ſatietatē cruda iſultatiōe ruētābāt: ultro Cōſtātinopoli ad Theodoſiū miſere legatos: pacē ſuppliciter poſtulātes. Ictūq; tūc ſcēdus ē: quo uniuerſus oriēs uſq; ad nunc trāqlliſſime fruit. Interea cū Theodoſius i oriēte ſubaētis barbarorū gētibus Thracias tādē ab hoſte liberat reddidiſſet: & Arcadiū filiū ſuū cōſortē feciſſet iperii: maximus uir qdē ſtrenuus & pbus atq; Auguſto dignus: niſi contra ſacramenti fidem: p tyrannidem emerſiſſet i Britānia iuitus ppemodū a exercitu ipator creatus i galliā trāſiit. ubi Gratianū auguſtū ſubita icurſiōe pterritū: atq; i italiā trāſire meditātē dolis circūuētū interfecit. fratremq; eius Valētinianū auguſtū italia expulit Valentinianus in orientem refugiens a Theodoſio paterna pietate ſuſceptus: mox etiam imperio reſtitutus eſt.

ANno ab urbe condita. M. c. xxxviii. Theodoſius. xli. interfecto a Maximo gratiano ipiū romani orbis obtinuit. māſitq; i eo ānis. xi. cū iā i oriētis partibus. vi. ānis Gratiano uiuēte regnaſſet: itaq; iuſtis neceſſariisq; cauſis ad bellū ciuile p. motus. cū e duobus auguſtis fratribus & ultionē unius interfecti ſanguis exigeret. & reſtitionem miſeria alterius exultātis oraret: poſuit i deo ſpem ſuā: ſeq; aduerſus Maximū tyrānū ſola fide maior. nā lōge minor erat uniuerſa apparatus bellici cōpatione: pripuit. Agleiæ tūc maximus uictoriæ ſuæ ſpectator iſederat. Andragatius uero comes eius ſumā belli adminiſtrabat: q; cum largiſſimis militū copiis: ipſaq; magnæ copiarū fortitudine præcellēte cōſilio oēs icredibiliter alpiū ac fluminū aditus cōmunifſet: ineffabili iudicio dei: nauali expeditione dū incautū hoſtē præuenire & obruere parat: ſpō

te eadē: quæ obstruxerat claustra: deseruit. Ita Theodosius nemine sentiēte: ut nō dicā re pugnāte: uacuas transmisit alpes. atq; aquileiam improuisis adueniēs hostē illū magnū maximū trucē & ab imanissimis quoq; germanorū gentibus tributa ac stipēdia solo terrore nominis exigentē sine dolo & cōtrouersia clausit. caput & occidit. Valentinianus recepta Italia potitus iperio ē. Andragacius comes cognita Maximi nece præcipitē sese e nauis in undas dedit ac suffocatus ē. Theodosius incruentā uictoriā deo procurate suscepit. Ecce regibus & temporibus christianis qualiter bella ciuilia cū uitari nequeūt: trāsiunt. Ad uictoriā peruētū ē: irrupta ē ciuitas. correptus tyrānus. & hoc parū est. Ecce a parte alia uictus hostilis exercitus atq; ipso tyrāno truculētior comes tyrāni ad mortē coactus tantæ dissolutæ elusæq; insidiæ. tanti apparatus exinaniti sunt. & tamen nullus dolos struxit. nullus aciē disposuit. postremo nullus. s. gladiū de uagina extulit. Formi doloissimū bellū sine sanguine usq; ad uictoriā & in uictoria duorū morte cōfectū ē. Et ne hoc quisq; casu factū putet: quo magis potētia dei qua dispēsatur & iudicatur uniuersa: propalato sui testimonio declaratur: obstrepētū mētes uel ad cōfusionē uel ad fidem cogat. dico rē ignotā omnibus & oibus notā. Post hoc bellū quo Maximus interfectus ē multa utiq; sicut oēs recognoscimus: Theodosiūq; filiū eius Honorii usq; ad nunc externa bella & ciuilia consecuta sūt. & tamē omnia pene usq; in hodiernū diē eadē cū fructu simplicis sactæq; uictoriæ: uel nullo uel minimo sāguine quieuerūt. Igit Valētinianus iunior regno restitutus extincto Maximo: eiusq; filio uictore: quē imperatorē gallicus Maximus relinquēs præfecerat: ipse ī galliā transiit: ubi cū trāglla re. p. in pace ageret: apud Viennā dolo Arbogastis comitis sui: ut ferūt: strāgulatus atq; ut uoluntariam sibi cōsciuisse mortē putaretur: laqueo suspēsus est.

Arbogastes Valentiniano iperatore occiso statim Eugeniū tyrannū fecit iperatorē.

Ortuo Valētiniano Augusto Arbogastes Eugeniū tyrannū mox creare ausus ē. Legitq; hoīem: cui titulū impatoris iponeret ipse acturus iperū uir barbarus: aīo: cōsilio: manu: audacia: potētiaq; nimius. cōtraxitq; undiq; innumeras inuictasq; copias uel romanorū præsiidiis uel auxiliis barbarorū: alibi præte: alibi cognatione subnixus. Historiā notā etiā oculis plurimorū quā melius q; spectauerūt nouerūt. Dilatari nō opus ē uerbis: potētia dei nō fiducia hoīs uictorē semp extitisse Theodosiū. Arbogastes iste præcipuū in utroq; documētū ē: q; tūc cū Theodosio paruit: tātis instructū præsiidiis Maximū ipse minimis caput: & nūc cū aduersus eūdē Theodosiū collectis Gallorū frācorūq; uiribus exūdauit: nixus etiā præcipuo cultu idolorū magna tamē facilitate succubuit. Eugenius atq; Arbogastes instructas acies cāpis expedierāt: arta alpiū latera atq; inuitabiles trāsitus præmissis callide insidiis occuparāt: ut etiā si numero ac uiribus ipares foret: sola tamē belli dispositiōe uictores. At uero Theodosius ī sūmis alpibus cōstitutus. expers cibi ac somni sciens q; destitutus suis: nesciens q; clausus alienis. dominum christū solus solū: q; posset oīa: corpore humi fusus: mēte cælo fixus orabat. Dehinc postq; isōnē noctē precū cōtinuatiōe trāsegit. & testes ppemodū quas ī precū præsiidii cælestis appēderatus lachrymarū lacunas reliquit fiducialiter arma corripuit solus. Sciens uero se eē nō solū signo crucis tuēdū sed & uictoriā adepturū: signo crucis se muniens signū uictoriæ dedit. ac se in bellum etiā si nemo sequerēt: uictor futurus imisit. Prima salutis uia extitit. Arbitrio hostiliū partiū comes q; cū ignarū iperatorē circūpositis excepit

set insidiis: cōuersus ad reuerentiā præsēntis augusti nō solū periculo liberauit. uerū etiam instruxit auxilio. At ubi ad cōtigua imiscendæ pugnæ spacia puentū ē: cōtinuo magnus illæ & ineffabilis turbo uentorū in ora ostiū ruit. Ferebant p̄ aerē spicula nostrorū. atq; ultra mensurā humani iactus p̄ magnū inane portata nunq̄ p̄p̄modū cadere priusq̄ ipingerent sinebant: Porro turbo aut cōtinuus ora pectoraq; hostiū nunc illis grauius scutis euerberabat: nunc ipressis p̄tinaciter obstructa claudebat. nunc auulsis uiolenter destituta nudabat. nunc oppositis iugiter ī terga trudebat. tela etiā: quæ ipsi uehementer intorserant: excepta uentis ipetu supinata: ac retrorsum coacta ipsos infelicitate configebant. Prospexit sibi humanæ conscientie pauor. Nam continuo sese parua suorum manu fusa uictori Theodosio hostilis strauit exercitus.

Eugenius tyrannus captus est & occisus.

Eugenius captus atq; interfectus ē. Arbogastes sua se manu p̄culit. Ita & hic duorum sanguine bellū ciuile restinctū est absq; illis. x. M. Gothorū: quos p̄missos a Theodosio Arbogastes deesse funditus fert: quos utiq; p̄didisse lucrum & uinci uincere fuit. Nō insulto obrectatoribus nostris. Vnū aliquod ab initio urbis cōditæ bellū p̄ferant tam pia necessitate susceptū: tā diuina sc̄licitate cōfectū: tam clemēti benignitate sopitū: ubi nec pugna grauem cādē: nec uictoria cruentā exegerit ultionē: & fortasse cōcedā ut nō hæc fidei christiani ducis cōcessa uideant: quis ego hoc testimonio nō laborē: q̄do unus ex ipsis poeta q̄dē eximius: sed paganus puicacissimus huiusmodi uersibus & deo & homini testimoniū tulit: quibus ait. O nimium dilecte deo tibi militat ather. & cōiurati ueniūt ad classica uenti. Ita cœlitus iudicatū ē iter partē etiā sine p̄sidio hominū de solo deo humiliter sp̄antē: & partē arrogātissime de uiribus suis & de idolis p̄sumentē. Theodosius autē cōposita trāq̄llataq; re. p. apud Mediolanū cōstitutus diē obiit.

Arcadius & Honorius regnū ip̄erii Romani susceperunt.

Anno ab urbe cōdita. M. c. xlix. arcadius augustus: cuius nūc filius Theodosius orientē regit. & Honorius augustus frater eius: cui nunc res. p. in it̄. xlii. loco cōmune ip̄erū: diuisis tantū sedibus tenere cœperūt. uixitq; Arcadius post patris excessum annis. xii. ip̄iq; summā Theodosio filio suo paruo admodū moriens tradidit. Interea Gildo comes q̄ ī initio regni eorū Aphricæ p̄erat: simul ut defunctū Theodosiū cōperit: siue ut q̄dā ferūt: quadā p̄motus iuidia Aphricā orientalis ip̄i partibus iungere molitus ē: siue ut alia tradit opinio: minimā ī paruulis spem fore arbitratus: p̄serti cū absq; his nō facile antea quisq; pusillus in ip̄erio relictus ad maturitatem uirilī atatis euaserit: istiq; p̄p̄modū soli iueniant: quos ob gratiā patris ac suā fidē & diuisos & destitutos christi tutela p̄uexerit: Aphricā excerptā a societate rei. p. sibi usurpare ausus ē gētili magis licētia cōtētus: q̄ ambitu regie affectiōis īflatus. Huic Mascezel frater fuit q̄ nouarū rerū molitiones ī fratre phorrescēs cū filiis adolescētibus ī Italiā rediit. Gildo & absentiā fratris & p̄sentiā filiorū eius suspectā habēs: adulescētes dolo circūuētos interfecit. Ad hūc iā ut hostē bello īsequēdū Mascezel frater missus ē: quē idoneū p̄c̄ urā dæ rei p̄. fore p̄pria orbitatis recēs dolor pollicebat. Igit̄ mascezel iā ide a Theodosio sciēs: q̄tū ī rebus despatissimis oīo hoīs p̄ fidē christi a clemētia dei ip̄etraret: caprarīā īsulā adiit: unde secū sc̄os seruos dei aliquot p̄motus precibus suis sūpsit. cū his oīonibus ieiuniis: psalms dies et noctes cōtinuās sine bello uictoriā meruit. ac sine cādē uictā. ardalio flumi

nis nomen ē. quod fluit inter Thebastē & Mettriderā ciuitates: ubi cū parua manu: hoc est cum .v. M. ut aiūt: militū cōtra .lxx. M. hostiū castrametatus: cū iteriecta mora excedere loco: oppositasq; præiacentis uallis angustias transgredi uellet: intercurrēte nocte .b. Ambro. episcopū Mediolani paulo ante defunctū per sōniū sibi uidere uisus ē: significātē manu & ipacto ad humū ter bacculo dicētē. hic. hic. hic. Quod ille prudenti coniectura intellexit: merito annūciantis fidē uictoriæ: uerbo locum: numero diē significari. Substitit ac tertio demū die post noctē orationibus hymnisq; peruiigilem munitus ipsis celestium sacramentorū mysteriis in hostē circūfusū processit. Et cū ad eos qui primi occurrerant pia pacis uerba iactaret: signiferū quēdā insolēter obsistētē: iam iāq; pugnā excitātē gladio percussit in brachio: eūq; manu debilē ipso uulnere coegit pronū inclinare uexillum. Quo uiso reliquæ cohortes deditiōē iā fieri priorū estimātes: certatim sese ad Mascezelē signis tradere cōuersis. Barbari quorū magnā multitudinē Gildo ad bellū deduxerat defectu militum destituti in diuersa fugierunt.

Gildo occisus est.

Gildo & ipse fugā mollitus arrepta nauī. ut in altum prouectus: ac deinde reuocatus in Aphricā est: post aliquot dies strāgulatus interiit. Periclitaremur sub tātorum miraculorum relatu: quasi præsumpta mētiēdi ipudētia: si adhuc uocem nostrā cōscientia eorū qui interfuere nō præcurreret. Nullæ aguntur insidiæ. nulla corruptio & .lxx. M. hostiū uincunt. Pene sine pugna fuit uictus ad tēpus. ne plus audeat uictor iratus. Trāsportatur i diuersum locum: ut nesciatur a fratre occidi: quo uidicētur occisi. Sane idē Mascezel elatus rerum secūdarū insolētia: posthabito sanctorū consortio cum quibus antea deo militās uicerat: etiā ecclesiā temerare ausus ē. atq; ex ea quosdā nō dubitauit extrahere. Secuta est pœna sacrilegum. Nā iisdē superstibus atq; insultantibus: quos ab ecclesia ad pœnā protraxerat: post aliquātū tēpus solus ipse punitus ē. probauitq; in se uno ad utrūq; sēper diuinū uigilare iudiciū: quādo & cū sperauit adiutus & cū cōtēpsit: occisus ē. Interea cū a Theodosio imperatore senior singulis potissimis infātū cura & disciplina utriusq; palatii cōmissa eēt: hoc est Rufino oriētalī aulæ: Stiliconi occidentalis imperii quid uterq; egerit: quid ue agere conatus sit: exitus utriusq; docuit cū alius sibi: alius filio suo affectās regale fastigium: ut rebus repēte turbatis necessitas rei publicæ scelus ambitus tegetet: gentes barbaras ille immisit. hic fouit. Taceo de Halarico rege cū gothis suis sæpe uicto: sæpe cōcluso: sēperq; dimisso. Taceo de infelicibus illis apud Polentiā gestis cū barbaro & pagano duce: hoc ē Sauli cui sūma belli cōmissa ē: cuius improbitate reuerētissimi dies: & sanctū pasca uiolatū ē: cædentiq; hosti propter religionē: ut pugnaret exortū ē: cū quidē ostēdēte in breui iudicio dei: & quid fauor eius posset: & quid ultio diuina exigeret: pugnantēs uicimus. uictores uicti sumus. Taceo de ipsorū inter se barbarorū crebris dilacerationibus cū se inuicē Gothorū cunei duo deinde Halani atq; Hūni uariis cædibus populabātur.

Rhedagaius hostis Italiā intrauit & occisus est cū gēte sua.

Rhedagaius oīum antiquorū præsetiūq; hostiū lōge imanissimus repētino ipetu totā inūdauit Italiā. Nā fuisse i populo eius plus q̄. cc. M. gothorū ferūt. Hic supra hāc incredibile multitudinē indomitāq; uirtutē paganus & Scythia erat: qui ut mos ē barbaris huiusmodi gentibus omnē romani generis sanguinē diis suis pro-

pinare deuouerat, hoc igitur Romanis arcibus imminente fit omnium paganorum in urbe concursus clamantium: hostem esse cum utique uirium copia tum maxime presidio deorum uicendum: potestem urbem autem ideo destitutam & mature perituram: quia deos & sacra perdidit, magnis querelis ubique agit: & continuo de repetendis sacris celebrandisque tractat. Feruent tota urbe blasphemiam, uulgo nomen christi tanquam lues aliqua presentium temporum probris ingraturam. Itaque ineffabili iudicio dei factum est: ut quonia in permixto populo piis gratia ipsius poena debebatur: oportebatque permitti hostes: qui insuasibile in plurimis: & contradicentem ciuitatem seuerioribus solitos flagris coarguerent: non tamen eos qui indiscrete cunctos interperata caede delerent: duo tunc populi Gothorum cum duobus potentissimis regibus suis per Romanas puicias bacchantes: quorum unus christianus priorque Romano populo: & ut res docuit: timore dei mitis in caede: alius paganus barbarus & uere Scythae: qui non tantum gloriam: aut praedam: quam inextimabili crudelitate ipsam caedem amaret. In caede & hic iam receptus sinu Italiae Romanae proximo tremente terrore quassabat. Itaque si huic ultionis potestas permitteretur quem Romani ob hoc praecipue timendum arbitrabantur: quia fauorem deorum sacrificiorum obsequi iuitaret: & imoderatio caede sine fructu emendationis arsisset. & error nouissimus peior priore creuisset: quandoque in pagani & idolatrae manus incidisse non solum paganis residuis de restaurando cultu idolorum esset idubitata persuasio: sed & christianis periculosa persuasio cum & hi prauidicio terrerentur: & illi confirmarentur exemplo. Quia obrere iustus dispensator humani generis deus proire paganum hostem uoluit. & christianum praualere permisit: ut pagani blasphemantesque romani & illo confunderentur perditio: & hoc punirentur immissio: maxime cum imperatoris Honorii admiranda in rege continentia & sanctissima fides non parum diuinae misericordiae mereretur. Concedunt quidem aduersus immanissimum illum hostem Rhedagaisum aliorum hostium turmae cum copiis suis inclinantur ad auxilium eorum animi. Assunt Vldinus & Sarus Hunorum & Gothorum duces praesidio romanorum, sed non finit deus rem potentiae suae uirtute hominum & maxime hostium uideri. Conterritum diuinitus Rhedagaisum in Fesulanis montes coegit: eiusque secundum eos qui parcissime referunt. CC. M. hominum iopum consilii & cibi in arido & aspero motis iugo urgente undique timore concludit: agminaque quibus dudum angusta uidebatur Italia latendi spe in unum ac paruum uerticem trudit. Quid multis morer? Non disposita in bellum acies fuit, non furor timorque incerta pugnae praetulit: non caedes acta, non sanguis effusus est, quod foelicitati postremo loco deputari solet. Dana pugnae euentu compensata uictoriae: edentibus bibentibus ludentibusque nostris tanti illi tanquam imanes hostes esurietes & sitietes: languentesque confecti sunt. Parum hoc est: nisi captum & cathenatum ac subiugatum sciant: quem timere romani: illumque idolatram suum: cuius sacrificia se magis pertimescere quam arma fingebant: sine praelio uictum ac uictum sub iugo cathenisque despiciant. Igitur rex Rhedagaisus solus spem fugae sumens clamam suos deseruit: atque in nos incidit: a quibus captus & paulisper retentus ac deinde interfectus est. Tanta uero multitudo captiuorum Gothorum fuisse fertur: ut uilissimorum pecudum modo singulis aureis passim greges hominum uederentur. Sed nihil superesse deus de eodem populo finit. Nam ilico cunctis qui emebantur morientibus: quod improbi emptores eorum non impederunt turpiter precibus: expederunt misericorditer sepulturis. Igitur ingrata Roma: quae sicut nunc sensit non ad remittendam sed ad reprimendam idolatriae praesumptionem iudicis dei obliquam misericordiam: ita continuo propter uiuorum mortuorumque sanctorum pia recordationem dei iram passura non plenam: si forte confusa poeniteat: & per experientiam fidem discat: ab i-

curfu Halarici regis & hostis, sed christiani aliq̄tulo ad tēpus spacio differtur.

Stilico uoluit usurpare imperium Romanum pro filio.

INterea comes Stilico Vuādoloꝝ ibellis auaræ pfidæ & dolosæ gētis genere editus: paruipēdens q̄ sub iperatore imperabat: Eucheriu filiū suum: sicut a plarisc̄ tradit: iā ide christianor̄ psecutionē a puero priuatoq̄ meditātem i iperio quoquo modo substituere nitebat. Quā obrē Halaricū cūctāq̄ Cothor̄ gētē p̄ pace optima & q̄buscūq̄ sedibus suppliciter ac simpliciter orātē: occulto foedere fo uens: publicæ aut & belli & pacis copia negata ad terendā terrendāq̄ rē, p. reseruauit. Præterea gētes alias copiis uiribusq̄ itolerabiles: q̄bus nūc galliæ hispaniarūq̄ pui cia premunt: hoc est Halaror̄ Sueuor̄ Vuādaloꝝ: ipsoq̄ simul motu ipulsoꝝ Bur gūdionū ultro i arma sollicitās deterfo semel romani nominis metu suscitauit. eas ite rim ripas Rheni quater & pulsare gallias uoluit: sperās miser sub hac necessitatis cir cūstātia: q̄a & extorquere iperiu genero posset i filiū: & gētes barbaræ tā facile cōprimi q̄ cōmoueri ualerēt. Itaq̄ ubi iperatori Honorio exercituiq̄ romano hæc tantoꝝ sce ler̄ scæna patefacta est. cōmoto iustissime exercitu occisus est Stilico: q̄ ut unū puerū purpurā idueret: totius generis humani sanguinem dedit. Occisus est & Eucherius q̄ ad ociliādū sibi fauorē paganor̄ restitutōe tēploꝝ & euerfione ecclesiæ ibutur̄ se re gni primordia minabat. pauciq̄ cum iisdē satellites tātarum mollitionum puniti sunt. Ita minimo negocio paucorumque pœna ecclesiæ christi cum imperatore religioso & liberatæ sunt & uindicatæ. Itaque post hæc tanta augmenta blasphemiarum nul lamque puram ultima illa diuque suspensa urbem pœna consequitur.

Halaricus urbem expugnauit Romam, & depraedatus est.

ADest Halaricus. trepidā Romā obsedit. turbat irrūpit. dato tamen præcepto prius: ut si q̄ i sancta loca præcipueq̄ i sanctor̄ apostolor̄ Petri & Pauli ba silicas cofugissent: hos i primis iuiolatos securosq̄ esse sinerēt. Tū deide inq̄rū possent prædæ ihiātes a sanguine tēperarēt: accidit quoq̄ quo magis illa uerbis irru ptio idignatōe dei acta: q̄ hostis fortitudine p̄bare. ut. b. Inno. Romanæ ecclesiæ epī scopus: tanq̄ iustus Loth subtractus a Sodomis occulta prouidentia dei apud Rauē nam tunc positus peccatoris populi non uideret excidium. Discurrentibus itaq̄ per urbem barbaris forte unus Gothorum idemque potens & christianus sacram deo uir ginem iam ætate prouectam i quadam ecclesia domo repperit. Cumq̄ ab ea aurum argentumque honeste exposceret: illa fidei constātia esse apud se plurimum & mox proferendum spopondit. ac protulit. Cumque expositis opibus attonitum barbarum magnitudine & pondere ac pulchritudine ignota & uasorum qualitate uideret: uir go christi ad barbaꝝ ait. Hæc Petri apostoli sacra ministeria sunt. præsume si audes de facto tu uideris. Ego quia defendere nequeo: contendere non audeo. Barbarus uero ad reuerentiam religionis timore dei & fide uirginis motus ad Halaricum hæc per nūcium rettulit qui continuo reportari ad apostoli basilicam uniuersa ut erant: uasa imperauit. uirginē etiam simulque omnes qui se adiūgerent christianos: eodēq̄ cū de fensione deduci. Ea domus sanctis sedibus longo ut ferunt. & medio interiectu urbis aberat. Itaque magno spectaculo omnium disposita per singulos singula & super ca pita lata palā aurea atq̄ argētea uasa portātur: exertis undiq̄ ad defensionem gladiis

pia pōpa munit. hymnus deo romanis barbarisque cōcinentibus publice canit. personat
 latei excidio urbis salutis tuba: oēsque etiā i abditis latētes iuitat. ac pulsat. cōcurrūt undiq;
 ad uasa Petri: uasa christi. plurimi etiā pagani christianis p̄fessione si nō fide admiscēt
 & per hoc tamē ad tēpus: quo magis cōfundant: euadunt. Quanto copiosius aggregā-
 tur romani cōfugientes: tātō auidius circūfundunt barbari defensores. O sacra & ineffa-
 bilis diuini iudicii discretio. O sanctū istud & salutare flumē: quod parua exortū dum
 beato alueo i sanctos sedes tendit: oberrātes periclitātesque aias i sinū pia rapacitate pue-
 xit. O praeclara illa christianae militiae tuba: quae generaliter cūctos dulcissimo ad uitam
 modulamine iuitans: quos ad salutē iobedientes nō suscitauit: iexcusabiles reliquit ad mor-
 tē. Mysteriū hoc quod i transferendis uasis: dicendis hymnis: ducēdis populis fuit: tāq;
 magnū cribrae fuisse arbitror. p̄ quod ex cōgregatiōe populi romani tanq̄ ex magna mal-
 fa frumenti per oia ex uniuerso ābitu ciuitatis latebrae foramina effluxere grana uiua
 siue occasione siue ueritate cōmota oia: tamē de praesente salute credentia ex horreo do-
 minicae praeparatiōis accepta sūt. Reliqua uero sicut stercora: & uelut paleae ipsa uel icre-
 dulitate uel iobediētia prauidicata ad exterminiū atq; icēdiū remāserūt. q̄s haec perpēde-
 re plenis miraculis: q̄s praedicare dignis laudibus queat. Tertia die barbari q̄ i gressi ur-
 bē fuerāt: spōte discedunt. facto q̄dē aliquantaru aediū icendio: sed ne tātō q̄dē q̄tū. dcc.
 cōditionis eius āno casus effecerat. Nā si exhibitā Neronis ip̄eratoris sui spectaculis in-
 flāmationē recēseā: p̄culdubio nulla cōparatiōe aequiparabit̄ secūdu id: quod excitaue-
 rat lasciuiā p̄cipis: hoc quod nūc cōtulit ira uictoris. Neq; uero Gallorū meminisse in
 huiusmodi collatiōe debeo: quā cōtinue pene per āni spatiū icensae urbis attritos cineres
 possederūt. Et ne q̄sq; forte dubitaret ad correptionē superbāe lasciuiāe: & blasphemiae ci-
 uitatis hostibus fuisse p̄missū: eodē tēpore clarissima urbis loca fulminibus diruta sunt
 quae i flāmari ab hostibus nequuerūt. Anno itaq; ab urbe cōdita. M. c. lxxiiii. irruptio
 urbis p̄ Halaricū facta ē: cuius rei quāuis recens memoria sit: tamē si quis ipsius populi ro-
 mani & multitudinē uideat & uocē audiat: nihil factū: sicut etiā ipsi fatētur: arbitrabitur
 nisi aliquantis adhuc existentibus ex icendio ruinis forte doceat. In ea irruptiōe Placidia
 Theodosii p̄cipis filia: Arcadii & honorii ip̄atorū soror: ab Attahulfo Halarici p̄p̄quo
 capta ē atq; in uxorē assūpta: quasi eā diuino iudicio uelut speciale p̄ignus obsidē Roma
 tradiderit. ita iuncta barbari potētissimi regis cōiugio multo rei. p̄. cōmodo fuit. Interea
 ante biēniū romanā irruptionis excitatae p̄ Stiliconē gentes Halanorū: ut dixi: Sueuorū:
 Vuandalorū: multa q; cū his alia Francos p̄terūt: Rhēnū trāseunt. Gallias iuadunt. dire-
 ctosq; i petu Pyreneū usq; pueniunt. cuius obice ad tēpus repulsa per circūiacētes p̄uin-
 cias refundunt. His per gallias bacchātibus apud Britānias Gratianus municeps eiusdē
 isulāe tyrānus creat: & occidit. Huius loco Cōstātinus ex infima militia p̄pter solā sp̄e
 nois sine merito uirtutis eligit: q̄ cōtinuo ut iuasit ip̄erū i gallias trāsiit. Ibi saepe a barba-
 ris icertis fcederibus illusus detrimēto magis rei. p̄. fuit. Misit uero in Hispanias iudices:
 quos cū puincia obediēter accepissent: duo fratres iuuenes nobiles & locupletes Didy-
 mus & Verianianus nō assūpsere: ne aduersus tyrānū q̄dē tyrānidē: sed ip̄eratori iusto
 aduersus tyrannū & barbaros tueri sese patriāq; suā molliti sunt. Quod ipso gestae rei
 ordine patuit: Nā tyrānidē nemo: nisi celeriter maturatā secreto iuadit: & publicae arma
 cuius sūma ē: assūpto diademate ac purpura uideri ante q̄ sciri. Hi uero plurimo tēpore

seruulos tantū suos ex propriis praesidiis colligentes ac uernacula alentes sumptibus: nec dissimulato proposito absque cuiusque iniquitate ad Pyrenaei claustra tendebant. aduersus hos Constantinus Constantem filium suum: pro dolor: ex monacho caesarem factum cum barbaris quibusdam qui quondam in foedus recepti atque in militiam allecti honoriaci uocabantur: in hispanias misit. Hinc apud hispanias prima mali labes. Nam interfectis illis fratribus qui tutari priuato praesidio pyrenaei alpes mollebantur: his barbaris quasi in praedam uictoriae primum praedandi in Palatinis caenis licentia data. dehinc supradicti montis claustrorumque eius cura permissa est: remota rusticanorum fideli & utili custodia. Igitur honoriaci imbuti praeda et illecti abundantia: quo magis scelus impunitum foret: atque ipsis sceleris plus liceret: praedam Pyrenaei custodia claustrisque patefactis cum ceteris gentes: quae per gallias uagabantur: hispaniarum prouinciis immittunt: iidemque ipsi adiunguntur ubi actis aliquodiu magnis cruentisque discursibus post graues rerum atque hominum uastationes: quarum ipsos quoque modo poenitet: habita sorte: & distributa usque ad nunc possessione consistunt. Multa nunc mihi de huiusmodi rebus facultas loquendi foret: si non secundum omnes homines apud uniuscuiusque mentem conscientia secreta loqueretur. Irruptae sunt hispaniae: caedes: uastationesque passae sunt nihil quidem nouum. hoc enim nunc per biennium illud: quo hostilis gladius saeuit: sustinere a barbaris: quod per. cc. quondam annos passae fuerant a Romanis: quod etiam sub imperatore Galeno per annos propemodum. xii. germanis euerteribus exceperunt. Verumtamen quis non se: qui sui suorumque actuum uel etiam cogitationum conscius iudicia dei metuit iuste omnia passum: uel etiam parua sustinuisse fateatur: aut quis se non intelligit deumque non metuit: quomodo non iuste ista & quidem parua sustinuit? Quae cum ita sint illud tantum clementia dei eadem pietate qua dudum praedixerat: procurauit: ut secundum euangelium suum: quo incessabiliter comonebat: cum uos persecuti fuerint in una ciuitate: fugite in aliam: quisque egrediens quo abire uellet ipsis barbaris mercennariis ministris ac defensoribus uteretur. Hoc tunc ipsi ultro offerebant. Et qui auferre omnia interfectis omnibus poterant: particulam stipendii ob mercedem seruitii sui & transuerti oneris flagrabant. & hoc quidem a plurimis factum est. Qui autem non crediderunt euangelio dei quasi contumaces: uel si etiam non audierunt: dupliciter contumaces non dederunt locum irae: iuste superueniente ira comprehensi & oppressi sunt. quique & post hoc quoque continuo barbari execrati gladios suos ad aratra conuersi sunt. residuosque romanos ut socios modo & amicos fouent: ut inueniantur iam inter eos quidam romani qui malint inter barbaros pauperem libertatem: quam inter Romanos tributariam sollicitudinem sustinere: quique si ob hoc solum barbari Romanis finibus immissi forent: quod uulgo per orientem & occidentem ecclesiae christi Hunnis Sueuis Vandalis & burgundionibus: diuersisque innumeris credentium populis replentur: laudanda & attollenda misericordia dei uideretur: quandoquidem & si cum labefactione nostri tantae gentes agnitionem ueritatis accipent: quam inuenire utique nisi hac occasione non posset. Quid enim damnum est christiano ad uitam aeternam inhiati huic saeculo quolibet tempore & quoquo pacto abstrahi: quid autem lucri est pagano in medio christianorum aduersus fidem obdurato si paulo diutius die protrahat quandoque moritura cui desperata conuersio est? Et quia ineffabilia sunt iudicia dei quae nec scire omnia nec explicare quae scimus: possumus: breuiter expressei correctionem iudicis dei: quoquo pacto accidat iuste sustinere: quae sciunt iuste sustinere quae nesciunt. Anno ab urbe condita. M. clxxv. Honorius imperator uidens tot oppositis

tyrannis nihil aduersum barbaros agi posse ipsos prius tyrānos deleri iubet. Cōstantio comiti huius sūma belli cōmissa ē. Sensit tūc demū res. p. & quā utilitatē ī romano tadē duce receperit. & quā eatenus p̄niciē p̄ lōga tēpora barbaris comitibus subiecta tolerarēt

Honorius rempublicā Cōstantio cōmittit: & extincti sunt omnes tyranni.

Hic Constantius comes in Galliā cū exercitu p̄uectus Cōstantinū iperatorem apud Arelatū ciuitatē clausit. cepit & occidit. Iam hinc ut de cathalago tyrannorum q̄ breuissime loquar: Cōstantē filiū Cōstātini Gerōtius comes suus uir nequā magis q̄ p̄bus apud Viēnā interfecit. atq; in eius locū Maximū quēdam substituit. Ipse uero Gerōtius a suis militibus occisus ē. Maximus exutus purpura: destitutusque a militibus Gallicanis q̄ in Aphricā traiecti: deide ī italiā reuocati sunt: nūc inter barbaros in Hispania egens exulat. Ionius postea uir Galliarū nobilissimus in tyrānidē mox ut assurrexit: cecidit. Sebastianus frater eiusdē hoc solū ut tyrānus moreret: elegit. Nā continuo ut ē creatus: occisus ē. Quid de iscelicissimo Attalo loquar: cui occidi iter tyrannos honor & mori lucrū fuit: In hoc halaricus ipatore facto interfecto resecto ac defecto: citi usq; his oibus actis pene q̄ dictis minimū risit. & ludum spectauit iperii. Nec mirum si iure hac pompa miser lusus est: cuius ille umbratilis consul Tertulus ausus est in curia dicere: loquar uobis patres conscripti cōsul & pontifex: quorum alterum spero: sperans ab eo q̄ nō habebat spem. & maledictus utiq; q̄ spem suā posuerat in homine. Attalus itaq; tanq̄ inane imperii simulacrū cū Gothis usq; ad Hispanias portatus est: unde discedens nauis: incerta molliens in mari captus & ad Constantium comitem deductus: deide imperatori honorio exhibitus truncata manu uitæ relictus est. Heraclianus iterea Aphricæ comes missus cum idem Attalus umbram gestaret imperii Aphricā strenue aduersū iudices ab eo missos tutatus consulatum assecutus est: quo elatus supercilio Sabinum domesticum suum uirum ingenio callidum: industriaq; solertem & sapientē nominandum: si animi uires trāquillis studiis accōmodauisset: generum allegit: cum quo quorūdam periculorū suspensiones dum patitur: fecit atq; aliq̄diu Aphricana annona extra ordinem detenta ipse tandem cum imensa certe temporibus nostris satis incredibili classe nauium romam contendit. Nam habuisse tunc. iiii. M. lxx. naues dicitur quem numerum ne apud Xerxen q̄dem præclarū illum Persarū regē: nec Alexandrū magnū: uel quendā alium regum fuisse historiæ ferunt. Is simul ut cum agmine militū ad urbem pergēs litore egressus est occurso comitis Marini territus: & in fugam uersus arrepta nauis solus Carthaginem rediit. atque ibi continuo militari manu interfectus est. Sabinus gener eius Constantinopolim fugit. unde post aliquantum temporis retractus exilioq; damnatus est. Hūc omnem cathalogum ut dixi: uel manifestorum tyrannorum uel inobedientium ducum optima honorio imperator religione & foelicitate meruit: merito sane quia in his diebus præcipiente honorio & adiuuante Constantio pax & unitas per uniuersam Aphricam ecclesiæ catholicæ reddita est. & corpus christi: quod nos sumus grata discessione sanatum est: imposita executione sancti præcepti Marcellino tribuno uiro in primis prudenti & industrio: omniumque bonorum studiōrū appetētissimo quē Marinus comes apud Carthaginē icertū zelo stimulatus: an auro corruptus occidit: q̄ cōtinuo reuocatus ex aphrica factusq; priuatus uel ad p̄nā uel ad p̄nitentiā cōsciētiae suæ dimissus ē. Anno ab urbe cōdita. M. c. lxyiii. cōstātius comes apud arelatū Gal-

liæ urbē cōsistēs magna reꝝ gerēdarꝝ idustria gothos a Nerbona expulit atq; abire i Hi
 spaniā coegit interdico præcipue. atq; intercluso oī conatu nauū & pegrinorū usu cōmer
 cioꝝ gothorꝝ tūc populis Atthulfus rex præerat q; post irruptionē urbis ac mortē Hala
 rici Placidia: ut dixi: captiua sorore iperatoris in uxore assūpta: Halarico in regnū succes
 serat. Is ut supra auditū atq; ultimo exitu eius probatū est: satis studiose sectator pacis: mi
 litare fideliter Honorio imperatori: ac pro defendēda romana re. p. impendere uires Go
 thorū uires præoptauit. Nā ego quoq; ipse uirū quēdā Narbonēsem illustris sub Theo
 dosio militia: etiā religiosū prudentemq; & grauē apud Bethleē oppidū Palestinæ bea
 tissimo Hieronymo præbytero referēte audiui se familiarissimū Atthaulfo apud Nar
 bonā fuisse. ac de eo sæpe sub restificatione didicisse: quod ille cū eēt animo: uiribus: inge
 nioq; nimius referre solitus eēt se in primis ardēter inhiasse: ut oblitterato romano nomi
 ne romanū oē solū Gothorū imperium & faceret & uocaret: essetq;: ut uulgariter loquar
 Gothia: quod romaniam fuisset: fieret nūc Atthulfus: quod quondā Cæsar augustus. At
 ubi multa experiētia probauisset: neq; gothos ullo modo parere legibus posse propter ef
 frenatā barbariem neq; rei. p. interdici leges oportere sine quibus res publica nō ē res. p.
 elegisse se saltē: ut gloriā sibi de restituēdo in integrū augēdoq; romano noie gothorum
 uiribus quæreret: habereturq; apud posteros romanæ restitutionis auctor: postq; eē nō
 poterat imutator. Ob hoc abstinere a bello: ob hoc inhiare paci nitebatur: præcipue Pla
 cidia uxoris suæ: sceminæ sanæ ingenio acerrimæ & religiōis satis probatæ ad omnia bo
 narū ordinationū opera persuasu & cōsilio temperatus. Cūq; eidem paci petendæ atq; of
 ferēdæ studiosissime insisteret apud Barchilonē Hispaniæ urbē dolo suorum: ut fertur:
 occisus ē. Post hūc Segericus rex a gothis creatus cū itidē iudicio dei ad pacē pronus es
 set: nihilominus a suis interfectus ē. Deinde Vallia successit in regnū ad hoc electus a
 gothis ut pacē infringeret: ad hoc ordinatus a deo: ut pacē confirmaret. Hic igitur terri
 tus maxime iudicio dei. quia cum magna superiore abhic anno gothorū manus i stru
 cta armis nauigiisq; trāsire i Aphricā molliret: in. xii. M. passuum Gaditani freti tēpe
 state correpta miserabili exitu perierat: memor etiam illius acceptæ sub Halarico cladis
 cū gothi in Sicilia transire conari in cōspectu suorum miserabiliter arrepti et demersi sūt
 pacē optimā cū Honorio imperatore datis lectissimis obsidibus pepigit. Placidia impe
 ratoris sorore honorifice apud se honesteq; habitā frī reddidit. Romanæ securitati peri
 culū suū obtulit: ut aduersū cæteras gētes: quæ per Hispanias cōsedissent: sibi pugnaret.
 & romanis uinceret: quis Halanorū cæteri: Vandalorū Sueuorūq; reges eodem nobiscū
 placito despecti foret: mādantes imperatori Honorio. Tu cū omnibus pacem habe. oī
 umq; obsides accipe. nos nobiscū cōfligimus. nobis perimus. tibi uincimur. immortalis ue
 ro questus erit reipublicæ tuæ: si utriq; pereamus. Quis hæc crederet: nisi res doceret.
 Itaq; nūc quotidie apud Hispanias geri bella gentiū. & agi strages ex alterutro barborū
 crebris certisq; nunciis discimus. præcipue Valliā gothorū regem insistere patrādæ pa
 ci ferūt: ex quo utcūq; concesserim: ut licenter christiana tempora reprehēdantur: siquid
 a conditione mundi usq; ad nūc simili factum fœlicitate doceatur. Manifestauimus ut
 arbitror atq; ostendimus non magis uerbo pene q̄ digito innumera bella sopita: plurimos
 extinctos tyrānos: compressas coangustatasq; addictas exinanitasq; immanissimas gē
 tes minimo sanguine nullo certamine ac pene sine eade. Superest ut obtrectatores no

stros mollitionum suarum pœniteat:ueritatique erubescant.Deum uerum & solum q
 potest omnia:credant,timeant,diligant sequantur:cuius omnia & quæ mala putant
 bona esse didicerunt.Explicui adiuuante christo secundum tuum præceptum beatissi
 me pater Augustine ab initio mundi usque in præsentem diem:hoc est per an nos.v.
 .M.dc.xviii.punitiones & cupiditates hominum peccatorum:conflictationes sæculi
 & iudicia dei:q̄ breuissime & q̄ simplicissime potui:christianis tamen temporibus pro
 pter præsentem magis christi gratiam ab illa incredulitatis confusione discretis.Ita
 iam ego certo & solo quem concupiscere debui:obedienciæ meæ fructu fruor.de qua
 litate autem opusculorum tu uideris:qui præcepisti:tibi adiudicanda:si edas:per te iu
 dicata:si deleas.

Vt ipse titulus margine in primo docet.

Orosio nomen mihi est.

Librariorum quicquid erroris fuit.

Exemit Aeneas mihi.

Quod si situm orbis:sique nostra ad tempora.

Ab orbis ipsa origine.

Quisq̄ tumultus:bellaque:& cædes uelit.

Cladesque nosse:me legat.

Pauli Orosii uiri clarissimi Ad Aurelium Augustinum episcopum & doctorem exi
 miũ libri septimi ac ultimi Finis.Impressi Venetiis:opera & expensis Octauiani scoti
 Modoetiensis.Anno ab incarnatione domini.M,cccc,lxxxiii.Tertio Kalendas sexti
 lis.Ioanne Mocenico inclito Venetiarum duce.

REGISTRVM.

a	Vacat	Pauli orosii	regionibus	sagetis &
b	qualiter homines	Pelopõnensium clades	nientes tanta	
c	oriante sole	instructam	tem occurreret	
d	oriens diem	hostem de	Sufficerent ista	
e	certamine:q̄tæ	quantus e diuerso	gunt qui miseri	
f	Namq; in piceno	plemento exercitus	cio dimisit	
g	aliquanta iam	da erat:	portis eruperunt	
h	perficeretur:	Tandemque	licitate gesserunt	
i	risque contulerat	mentum reliquit	imperfecta circundant	
k	magna ibi	tius atq; estrenatius	piis ad cæsaris	
l	runt sæcula	uectis ab ægypto	diit.Nanque ut	
m	driam cœpit	habuit scinifices	exitiale plurimis	
n	pinare deuouerat	pia pompa		

Finis



Faint, illegible text at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.


Second block of faint, illegible text in the upper middle section.


Third block of faint, illegible text in the middle section.

VI

Large block of faint, illegible text in the lower middle section, appearing to be organized in two columns.

Final block of faint, illegible text at the bottom of the page.







O ROSI
HIST.
1483

